6

SEDVLII

Paſcial.

17.5.8.

I
00189

UNIVERSIDAD
SALAMANCA

GREDOS.USAL.ES

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala 2 Est. 12 Tab. 5 Núm. 6

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

–189

I
00189

2 - 12 - 5 - 6

b17240852

~189

Cœlii Sedulii præſby
teri Paſchale opus.

Sedulii Paſchale cum com-
mento Antonii Nebriſſeñ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Arius luſitanus ad lectorem.

Hæc legite o iuuenes diuini carmina uatis.
Hæc uerſate pia nocte dieq; manu.
Non hic monſtra canit priſcis conficta poetis.
Non hic centauros œdipodas ue leges.
Vera ſalutiferi narrat monumenta tonantis:
Et ſacrum e ſancto defluit ore melos.
Quæ quoniam Antoni ingenio patefacta uidere
Quiſq; poteſt: lætus perlege quiſquis ades.

Aelii Antonii Nebriſſeñ. grammatici in Sedulii poema de Chriſti miraculis paraphraſis.

Coelij Sedulij preſbyteri mirabilium diuinorũ ſiue carminis paſchalis liber primus incipit feliciter.

Quis fuerit hic Sedulius aut vñ ortus aut quibꝰ tẽpibꝰ floruerit: que ſolẽt in reliquis auctoribꝰ deſiderari: fateor me qd meminerim nuſq; legiſſe. Nã neq; diuus Hierony. in lib. de viris illuſtribꝰ neq; in alio opere qd cũ de eccleſiaſticis ſcriptoribꝰ: ſed neq; Genadius qui poſt Hieronimũ in eodẽ ſudauit ope: aut quiſq; aliꝰ quod ſciã Sedulij meminit: niſi quatenꝰ Gelaſius pp. in decretis diſtinctiõe. xv. his verbis ſcripſit. Venerabil' viri Sedulij paſchale opus qd heroicis ſcripſit verſibꝰ inſigni laude pferimus. Quoq; ſub incerto auctore quedã illius carmina eccleſia canit: vt illud. Salue ſancta parens enixa puerpera regem: qui celũ terrãq; regit per ſecula cuius. & illud. Que ventre beato gaudia matris habẽs cũ virginitatis honore: nec primã viſa es ſimilẽ nec habere ſequentẽ. Sola ſine exẽplo placuiſti femina chriſto. & qd in nocturnis lectionibꝰ oim ſanctorũ legit. Egregius verſificator inquit dei ſapientiam oĩa noſſe atq; poſſe pſiderat dicens. Qui ſtellas numeras quarũ tu noia ſolus. Signa. poteſtates. curſus loca tẽpora noſti. Si gebertus tñ auctor nõ multe auctoritatꝭ aſſerit hũc fuiſſe natione ſcotũ ſcripſiſſeq; opera complura ad religionem noſtram pertinentia: floruiſſe aũt ſub Theodoſio ceſare: qd mihi nõ fit veriſimile cũ a ceteris ſcriptoribꝰ pretermiſſus ſit. Operis vero materia tãgit cũ dicit. Mirabiliũ diuinorũ: qd & ipſe auctor videtur innuere cũ ſcribit in ipſa ſtatim ſui opis frõte. Clara ſalutiferi taceã miracula xpi: & infra cõſtant ſuctũ ſigna manũ: et in epigrãmate qd ipſius nomine ſcriptũ reperitur. breuiterq; triumphos tangit xpe tuos. Sed & in titulo qui in oibꝰ pene antiquis codicibꝰ legitur. mirabiliũ diuinorũ opus pritulatũ eſt. At in ipſius epla q̃ eſt ad Macedoniũ preſbyterũ opꝰ ſuũ paſchale carmẽ inſcripſit. Huic inquit operi paſchalis carminis nomẽ impoſui: quia paſcha nrm̃ immolatꝰ eſt xpo. Et in liminari verſu pẽmij illud ipſe oſtendit dicens. Paſchales quicũq; dapes cõuiua requiris. & infra. Hec firmos ad dona gradꝰ paſchalia ducit: hec mihi carmẽ erit Deniq; & in Gelaſij decreto cuius paulo ãte mentionẽ fecimus paſchale opus prenotatum eſt. Quare & nos duplicem materiam propoſuimus: & quã antiqui codices habent: & quã recentiores: cũ preſertim ex ipſius auctoris opere vterq; titulus defendi poſſit. Neq; eſt nouũ apud ſcriptores duplices titulos ſuis operibus apponere. id quod in dialogis Platonis & Ciceronis licet intueri.

Coelii Sedulii preſbyteri in Paſchale opus prefatio.

Paſchales quicũq; dapes cõuiua requiris:
Dignatus noſtris accubitare toris:
Pone ſuperciliũ ſi te cognoſcis amicũ.
Nec queras hic opes codicis artificis,
Sed modice contentus adi ſolemnia menſæ
Pluſq; libens animo q̃ ſaturare cibo.
At ſi magnarum caperis dulcedine rerum:
Diuitiaſq; magis delicioſus amas:
Nobilium nitidis doctorum utere cœnis.

Paſchales. in hoc epigrãmate qd prologi vicẽ ſuſtinet. Sedulius extenuat vires ſuas vt & arrogantiam fugiat: atq; proinde lectoris beniuolẽtiam ſibi cõtiliet. Paſchales dapes. i. cibum anime quẽ xpo ipſo dicẽte Joãnis. c. vi. Corpꝰ meũ verus eſt cibꝰ & ſanguis meus vere eſt potus. Accubitare toris. i. accumbere nrĩs menſis. Verg. i. eñ. Tu das epulis accumbere diuum. Pone ſupercilium. ideſt faſtum vel potius grauitatem & ſeueritatẽ. Vergi. ſue ille eſt Ouidius in priapeis cõueniẽs latio pone ſupciliũ. vnde & ſupercilioſos appellat Seneca triſtes & ſeueros aliene vite cẽſores. Cognoſcis amicũ. i. non condictione ſuperiorem: nam amicicia vera teſte Ariſtotele ſit inter equales. Nec queras hic opes. ſic lego non opus ac ſi dicat. Non expectes in hac coena quam tibi appoſiturus ſum nimios ſumptus. Artificis codicis. ideſt ſcriptoris operis. Adi ſolemnia: ideſt accede ad ſolẽnitatem. Plus. ideſt potius. Animo. i. voluntate amici prebentis tibi cenam. Quam cibo: ideſt cibi ſumptuoſitatem. Diuitias. i. locupletes ſacrarũ litterarum auctores. Delicioſus. ideſt delicatus & faſtidiens cibos vulgares. Coenis. pſtat in tranſlatione pro diſciplinis. Nobiliũ doctorũ pura Hieronymi

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

⁊ auguſtiui. Mare. vt rhõbos. ſoleas accipẽſeros. Terra. ſ. fruges q̃drupedes. Volat. vt attagenas. phaſides. numidicas. Mella cerea. i. q̄ cellis ex cera ſex angulis includunt vel rettulit ad colorẽ. vt Vg. in buc. Addã cerea pruna. idq; ſubdit flaueſcũt: q̄ color color mellis ẽ. Caniſtris. q̄ mella caniſtris i ce ſta apponãt nõ video: niſi malis legere catinis. Qđ ꝓo dicit gẽmat; aut pict; intelligẽdũ eſt aut flori b⁹ ſparſis. aut qđ catini gẽmas habeãt incertas vñ ſubdit aurea vaſa. Suis fauis. aut ſui coloris: aut qđ faui vaſis aureis apponi cõſueuerit. Sic martia. In modici tibi flaua tegũt chriſẽdera mulli: cõcolor in nr̃a gãmare lãce rubes. Exiguũ ol⁹. pura braſſicas ⁊ betas. ⁊ ſũt trãſlatões ſumpte a cibis corpis ad cibos aĩe. De paupe horto. Verg. in bucco. Cuſtos es pauperis horti. Teſta rubra. i. patella figularis ex rubrica formata: quo gñe vaſis nullũ e vilius.

Quorum multiplices: nec numerantur opes
Illic inuenies quicquid mare nutrit edendum,
Quicquid terra creat: quicquid ad aſtra uolat.
Certa gemmatis flaueſcunt mella caniſtris:
Collucentq; ſuis aurea uaſa fauis.
At nos exiguum de paupere carpſimus horto:
Rubra quod oppoſitum teſta miniſtrat olus.

Exordium

CVm ſua gẽtiles ſtudeãt figmẽta poetę
Grãdiſõis põpare modis: tragicoq; boatu
Ridiculo ue getæ: ſeu qualibet arte canendi
Sæua nefandarum renouant contagia rerum:
Et ſcelerum monumenta canãt: rituq; magiſtro
Plurima niliacis tradãt mendacia biblis:
Cur ego dauidicis aſſuetus cantibus odas
Chordarum reſonare decem: ſanctoq; uerebor
Stare choro: & placidis cœleſtia pſallere uerbis:
Clara ſalutiferi taceam miracula Chriſti:
Cum poſſim manifeſta loqui: dñmq; potentẽ

CVm ſua gẽtiles. poetarũ ꝑtes Sedul⁹ imitat. Nã ⁊ ꝓponit qb⁹ de reb⁹ ẽ dicturꝰ. ⁊ inuocat deinde. tũ deniq; ꝓſequit op⁹ inſtitutũ. Sz cur poet⁹ hanc religioſaȝ materiã elegerit rõẽs affert: ſed illã in ꝑmis qđ poete res fictas: aut malo⁹ exẽplo ꝑnicioſas ſcribũt: ipe ꝓo verioꝛa vel ris eſt ſcripturꝰ. Poete gẽtiles ſic xp̄iani appellãt illos q̄ ſunt a vera religione alieni quos greci ethnicos vocãt. Põpare. ꝟbuȝ nouũ. ꝓ põpatice ſcribere. Boatu tragico. i. grandiloq̄ ſtilo. Iuuc. grande ſophocleo bachamur carmẽ hiatu. ⁊ ꝑſius. Fabula ceu maeſto ponant hiãda tragedo. Ridiculo ve gete. ſic legẽdũ ex codicib⁹ antiq̄s nõ ridiculo veteri: cũ ſit ordo ⁊ ſenſus. Vel cuȝ renouẽt cõtagia reȝ nefandarũ ſ. res q̄ malo exẽplo ⁊ quaſi cõtagione quadã noceãt xp̄ianis. Ridiculo get. ſ. de reb⁹ ridiculis: q̄les ſunt q̄ in comedijs attellanis preſertim repñtant. Nã getarũ dauorũ capadocũ ⁊ ſyroꝝ noia ſeruorũ ſunt ex prouincijs ⁊ ceteris q̄buſdam regionib⁹ figurata: que paſſim reperiuntur in comedijs. Qualibet arte. puta carmine ſatyrico. elegiaco. epigrãmatico. lyrico. Monumẽta ſceleꝝ. ideſt res quarum recordatio multum nocere poteſt. Ritu magiſtro. i. conſuetudine que eſt apud poetas rerũ magiſtra. Hora. in poe. aut famã ſequere aut conuenientia finge. Biblis niliacis. i. papyris egyptijs. Martial. Perdite niliacas muſe mea dãna papyros. ⁊ Lucanus in. 3. Nondũ flumineas mẽphis contexere biblos nouerat. Nam papyrus ſiue biblus iuncus eſt ex quo ſeparato antiquiores faciebãt chartas ſcriptorias. Dauidicis cantibus. nec mirum cũ Sedulius preſbyter fuerit: atq; proinde pſalmorum cantor. Odas: ideſt carmina ſiue cantus quia grece vocantur ode. Decem chordarũ. i. in pſalterio decachordo. de quo in pſalmo. xc. In pſalterio decachordo pſallam tibi. Verebor. i. cum maxima quadã reuerentia. Placitis. i. nõ turbulẽtis ſed ab animi trãquillitate profectis. Miracula xp̄i. hec ẽ ſubiecta toti⁹ opis materia ad quã oĩa referunt que in hoc opere ſcripta ſunt. Salutiferi. ſaluatoris que grece ſoter hebraice Ieſus ſiue Ioſue dicit. Manifeſta nõ vt poete ficta ⁊ falſis ꝑmixta.

Facturam ſuã. i. op⁹ ſuũ. Nam factura ⁊ factor rarũ eſt niſi apud iuniores. Arcibus ethereis. Et ſubaudi in terra iuxta illud Matth. vlti Data eſt mihi oĩs poteſtas in celo ⁊ in terra. Par ſplendor ideſt lumẽ de lumine id quod in ſymbolo canitur. Lumen de lumine: ⁊ quod hymnographus dicit. Splendor paterne glorie. ⁊ quod ad hebreos capite. j. legimus qui cum ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtantie eius. Cõmunis apex. i. eq̄lis celſitudo. Semꝑ principiũ ꝑ quod pater omnia creauit. iuxta

Senſibus & toto delectet corde fateri:
Qui ſenſus & corda dedit: cui conuenit uni
Facturam ſeruire ſuam: cui iure perenni
Arcibus æthereis una eſt cum patre poteſtas.
Par ſplendor. cõmunis apex. ſociale cacumen.
Aequus honor. uirtus eadem: ſine tẽpore regnũ.
Semper principiũ. ſceptrum iuge. gloria cõſors.
Maieſtas ſimilis: hæc eſt uia namq; ſalutis.
Hæc firmos ad dona gradus paſchalia ducit.
Hæc mihi carmẽ erit: mẽtes huc uertite cuncti.
Hanc conſtanter opem læſis adhibere medulis:
Quos lætale malũ: quos uanis dedita curis
Attica cecropii ſerpit doctrina ueneni.
Sectanteſq; magis uitam ſpirantis odorem
Legis athænei pædorem linquite pagi.
Quid labyrinthæo theſidæ erratis in antro:
Cæcaq; dædali luſtratis limina tecti:
Labruſcam placidis qd adhuc præponitis uuis?

illud Ioãnis. c. viij. Principiũ q̄ ⁊ loquor vobis. Sceptrũ iuge qđ ſup̄ dixit ſine tpe regnũ. Nã ſceptrũ regni eſt inſigne quẽadmodũ ⁊ tiara. Verg. vij. eñ. Sceptrũ ſacerq; tiaras. Via ſalut; ſuperioꝛa. ſ. cõfiteri. Ad dona paſchalia. i. ad xp̄m cui⁹ corp⁹ vt dixim⁹ ꝟe eſt cib⁹: cui⁹ ſanguis vere eſt potus. Hec. ſ. via qua eũdũ eſt ad xp̄m. Mẽtes vertite huc. i. aĩaduertite ⁊ conſiderate. Hãc opẽ. i. medicinã. Medulis leſis. i. pctĩ morbo viciatis. h̄ eſt mẽtis receſſu ſine cõſcientia corrupta. Quos malũ letale ſerpit. i. ambit alliditq; ad naturã herpet; ſiue ignis, ſacri ꝑ quẽ itelligit morbũ animi incurabilẽ ex lõga cõſuetudine. Doctrina attica. i. artes ⁊ ſciẽtie hũano ingenio adinuente. q̄ quãq; a barbaris originẽ habuerũt: vt Diogenes Laertius ſcribit: athenis tñ exculte ſunt: ⁊ ad ſummã ꝑfectionẽ ꝑducte. Veneni cecropij. i. athenieñ. q: oĩs diſciplina humano ingenio adinuẽta xp̄iane religiõi plerũq; inimica eſt. Odorẽ legis ſpirant; vitã. eã autẽ ſola eſt diuina q̄ facit nos deo viuere. Linquite pedorẽ i. pueriles ineptias. nã ꝓprie pedor ẽ pueroꝝ ſqualor ⁊ illunies. Transfert tñ ad alias etates et res. Luca. de Mario li. ij. Lõguſq; in carcere pedor. Pagi athenei. qui dicitur areopag⁹. i. martis vic⁹ eratq; loc⁹ nõ lõge ab athenis: vbi de maximis reb⁹ athenieñũ capitalib⁹ maxime agebat a quadringent; ſenatorib⁹. Itaq; cũ legis diuine ſpirãtis vitã meminiſſet: ſubdit de legib⁹ hũanis areopagitarũ quib⁹ cũ Paul⁹ aplṡ diſputauit: Quid labyrintheo. Senſus eſt ſine lege diuina hoies in hac vita errare neceſſe eſt: quaſi in labyrintho quodã perplexo ⁊ inextricabili. Fuerunt aũt labyrinthi quattuor. primus in egypto: ſecundus in creta: tertius in lemnio. quartus in italia. ſed hic de cretenſi intelligit: de quo Ver. vj. eñ: Hic labor ille domus ⁊ inextricabilis error: ⁊ in quo pendere penas cecropide iuſſi miſerum ſeptena quot annis corpora natorum. Ideo dicit. O theſide. i. athenienſes ab illorum rege Theſeo quemadmodum ⁊ a cecrope cecropide dicuntur. Verg. iiij. geor. Premiaq; ingens pagos ⁊ compita circũ Theſide poſuere: ⁊ per athenieñſes intelliguntur oſſes diuine legis exortes. In antro labyrintheo: ideſt profundo huius ſeculi quod eſt quaſi quoddam antrum. Luſtratis. ideſt circuitis. Limina ceca. i. occulta. ſic Verg. Dedalus ipſe dolos tecti ambageſq; reſoluit. Ceca regens filo veſtigia. Tecti dedalij: quoniam labyrinthum cretenſem Dedalus fecit: vix centeſimã. egyptij partẽ imitatus vt refert Plynius. Labruſcam. Vuã ex vitibus incultis. Vuis placidis: ideſt mitibus ⁊ maturis. hoc eſt falſa veris ⁊ diuinis humana. Eſaye. v. An quod expectaui vt faceret vuas: ⁊ fecit labruſcas.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Neglectiſq; roſis.ex Ver.in buc. Puniceis humilis q̃tũ ſaliũca roſetis.Eſt aũt Saliũca vt Plyni⁹ deſcribit herba folioſa:ſʒ breuis ⁊ q̃ necti nõ poſſit:radici numeroſe coħerẽs. herba veri⁹ q̃ flos dẽſa veluti manu pſſa breuitéq; ceſpes ſui generis. Nec eſt qd putauit dioſcorides nardus gallica. Nec vt mammotrect⁹ enarrãs Eſa. lv. Pro ſaliũca aſcẽdet abies:quã vulgo dicit appellari treþñ.Serui⁹ dicit tunicã dicit appellari. Quid lapides. Dehortaẽ atq; ab idolatria mortales deterret dicens, O profani legitis ⁊ pſanis.vt ſit ſenſus.Qui dproderit vobis. Lapides ⁊ aera.ſ. ſtatuas lapideas ⁊ ereas colere. Et fana.i. tẽpla in quibus ver⁹ de⁹ coli debet. Profanis.i. reb⁹ impijs ⁊ ſacrilegis. Et dãnare aĩas.i. obligare atq; obnoxias facere. Ver.i buc.Dãnabis tu q̃ votis.i.obligabis. Metallis mutis.i. ſtatuis ex aliqua materia metallica fabrefactis.

Parcite.i.nolite ſiue abſtinete Verg.in buc.Parcite oues nimiũ pcedere. Iugera qualentia i.inculta ⁊ infructuoſa. Cruẽta.i.q̃ mortis cauſa eſt Toxica. venena qb⁹ venatores iſiciũt ſagittas:ſiue illa ſint ex arbore taxo ſiue ex ellebоro. Liuida.ab effectu qm̃ veneno extincto liueſcũt. Cibis tartareis.i.ad inferos deducentib⁹. Sed intrate amoena vireta. Verg.vj.eñ. Deuenere locos letos ⁊ amoena vireta:⁊ alludit ad paradiſũ voluptaẽ.de q̃ Geñ.ij. Per latices pios.i.religioſos:hoc eſt p aquam baptiſmatis. Semina vite. Trãſlatio eſt a ſeminib⁹ in terra iactis q̃ imbrib⁹ coaleſcũt. Diuinis animanẽ aquis.i.viuificãtur baptiſmate. Seges ſpinis mũdaẽ adẽptis.pſtat in trãſlatione ſemel ſumpta.Et cumulare. Subintellige a ſupiorib⁹.q̃at Fructũ cẽtenũ.iuxta illũ ex euãgelio

Neglectiſq; roſis ſaliuncam ſumitis agri?
Quid lapides atq; æra coli:quid fana profanis
Proderit: atq; animas mutis damnare metallis?
Parcite puluerei ſqualentia iugera campi
Et ſteriles habitare plagas:ubi gignere fructum
Arida neſcit humus:nec de tellure cruenta
Liuida mortiferis uellatis toxica ſuccis
Tartareis damnata cibis:ſed amœna uireta
Florentum ſemper nemorum ſedeſq; beatas
Per latices intrate pios:ubi ſemina uitæ
Diuinis animantur aquis:& fonte ſuperno
Lætificata ſeges ſpinis mundatur ademptis:
Vt meſſis queat eſſe dei: mercisq; futuræ
Maxima centenũ cumulare per horrea fructũ.

Inuocatio.

OMnipotẽs æterne de⁹ ſpes unica mundi:
Qui cœli fabricator ades: q cõditor orbis
Qui maris undiſonas fluctu ſurgente procellas
Mergere uicinæ prohibes confinia terræ:
Qui ſolem radiis & lunam cornibus imples
Inq; diem ac noctem lumen metiris utrumq;:
Qui ſtellas numeras:quarũ tu nomina ſolus
Signa. poteſtates.curſus.loca.tempora noſti.

OMnipotens eterne deus. Inuocatio ẽ more poetico Spes vnica.i. ſupremũ bonũ ⁊ finis in quẽ oia dirigunẽ. Fabricator ades.p es.vt ſit cõpoſitũ p ſimplici. Nã adeſſe ſignificat prope eſſe. Mergere confinia terre.i. orã maritimã in q̃ deus mari terminos preſcripſit. Imples lunã cornib⁹.i.lumine qd cornua ãbiũt. Vtrũq; lumẽ.i.ſolẽ ⁊ lunã:h eſt vt Geñ.j.ſcribiẽ Luminare ma⁹ vt preeſſet diei:⁊ luminare min⁹ vt preeſſet nocti. Metiris.i.diuidis. Qui numeras.ex pſal.cxlvj.Qui numerat multitudinẽ ſtellaꝝ ⁊ oib⁹ eis noia vocat. Signa q̃ ex ſtellis fixis pſtãt.nõq; ſola illa duodecĩ zodiaci.ſed alia triginta ſex q̃ ſũt ad ſeptẽtriones ⁊ meridiẽ. Poteſtates:quas vires habeãt influẽdo terras. Curſus.qs tã fixe q̃ erratice in orbib⁹ ſuis conficiunt. Loca vbi queq; ſtella eſt ſm celi longitudinem latitudinem ⁊ profunditatem. Tẽpa.

quibus mouentur vt Saturnus in annis triginta.Jupiter in duodecim. Mars in triginta: ⁊ alij ſui quiq; tẽporib⁹. Terram nouã.i.nuper creatã. In corpa diuerſa.ſ.plantas ⁊ aialia terreſtria. Viuentia membra.i.partes viuentes qd idẽ eſt. Meliore cibo.ſ. corpe ſuo. Ab angue.i. a diabolo in ſpecie ſerpentis.Geñ.c.ij. Spumantis ex concurſu.videlicet vndaꝝ.Vna ſtirpe.i. in illis octo ex toto orbe ſupſtitib⁹.Vt myſtica virtus mõſtraret.i.in hac figura ſignificaret. Hoc qd delicta carnis necãt.i.gen⁹ hũanũ. Per vndas.ſ.baptiſmatis vt ſtatim dicetur Ligno preſule.i. in ꝟtute crucis ſiue paſſionis xp̃i: quid ſe legas preſtite.aut pſide. Ducit in vrbeʒ.i. celeſtẽ hieruſalẽ. Anguſto calle.Qꝛ arcta eſt via q̃ ducit ad vitã. Verbi lucernã. ex pſalmo.cxxx. Lucerna pedibus meis verbum tuum ⁊ lumẽ ſemitis meis. Semita vite.i. iter anguſtum. quia vt diximus. Arcta eſt via que ducit ad vitam. Nam ſemita dicitur quaſi ſemiter. Agat me.ideſt ducat. Ad caulas. ideſt ad ſcepta ſiue ouilia. Qua.ideſt ea celi parte:qua Paſtor bon⁹ ipſo dicẽte Joã.x.Ego ſum paſtor bon⁹. Ouile amenũ.i. voluptuoſũ ac ppter ſe delectabile. Nã amena dicunẽ loca que propter ſeipſa expetuntur dicta quaſi ſine munere hoc eſt officio. Quo.i.in quod ouile. Agnus ouis.i.xp̃s marie filius de quo baptiſta dixit. Ecce agn⁹ dei:ecce q̃ tollit pctã mũdi Ouis ꝟginis. Nã ſi ille agn⁹ methaphorioes ideſt caſtus dictus:⁊ hec ouis ſimplicitate humilitate ⁊ innocẽtia dici poteſt. Preui⁹: qꝛ xp̃s primitie dormientiũ q̃ ſurrexerit: prim⁹ vite viã ingreſſ⁹ eſt. Albo vellere.Quali in ipſius trãſfiguratione: de quo ſcribiẽ Matth.xvij. Qd facta ſũt veſtimẽta illius cãdida ſicut nix. Grex ois cãdid⁹ Vt recte poſſit dicere quod Vergi.in bucco.canit.Daphnis ego in ſiluis hinc vſq; ad ſydera notꝰ formoſi pecoris paſtor:formoſior ipſe. Te duce.q.d. Si nemo aſcendit in celuʒ niſi qui de

Quid diuerſa nouam formaſti in corpora uitã:
Torpentiq; ſolo uiuentia membra dediſti:
Qui pereuntem hominẽ uetiti dulcedine pomi
Inſtauras meliore cibo:potuq; ſacrati
Sanguinis infuſum depellis ab angue uenenũ:
Qui genus humanũ præter quos clauſerat arca
Diluuii rapida ſpumantis mole ſepultum
Vna iterum de ſtirpe creas:ut myſtica uirtus
Quod carnis delicta necãt hoc preſule ligno
Monſtraret liquidas renouari poſſe per undas:
Totum namq; lauas uno baptiſmate mundum:
Pande ſalutarem paucos quæ ducit in urbem
Anguſtum mihi calle uiam.uerbiq; lucernam
Da pedibus lucere meis:ut ſemita uitæ
Ad caulas me ruris agat:qua ſeruat amœnum
Paſtor ouile bonus.quo uellere præuius albo
Virginis agnus ouis grexq; oĩs candidus intrat.
Te duce difficilis non eſt uia: ſubditur omnis
Imperiis natura tuis:rituq; ſoluto
Tranſit in aduerſas iuſſu dominante figuras.
Si iubeas mediis ſegetes arere pruinis:
Meſſorem producet hyems:ſi currere muſtum
Vernali ſub ſole uelis florentibus aruis

celo deſcendit:impoſſibile eſt illuc peruenire: ſed te duce facile eſt:quia a diebus Joannis baptiſte regnum celorum vim patitur ⁊ violenti rapiunt illud:ideo ſubditur omnis. Ritu ſoluto.ideſt ipſa natura ſuis legibus ſoluta. In aduerſas.Pro diuerſas aut cõtrarias. Juſſu dominante.i. dominantis ⁊ preſidentis dei.Deinde quod in genere dixit:explicat per partes. Pruinis.i.per mediã hyemẽ. Meſſorem pro meſſes ipſas. Muſtũ.qd per autũnũ fluit in lacus. Florẽtibus arnis.i. q̃ tẽpe florent. Sordidus.propter vindemias.Ouid.ij.meta. Stabat ⁊ autumnus calcatis ſordidus vuis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Vinitor. hoc in loco ꝓ vindemiator poſuit. ſic Verg. in buc. aut cuſtos gregis aut mature vinitor vue. Idē. ij. geor. Iā canit extremos effect⁹ vinitor antes. Indicio. i. teſtimonio: ⁊ argumēto. Origo cana ideſt antiquitas: Ver. j. en. Cana fides ⁊ veſta ꝓ antiqua. Signa virtutum. i. miracula de qb⁹ in h̄ ope tractaꝫ. Aboleda. i. oblitterāda ⁊ tollēda. Perſtringere. i. breuiter tāgere. Siluā patētē. i. immēſuꝫ opus ſacraꝝ līaꝝ. ⁊ ꝓprie poſuit ſiluā ꝓ materia quā greci vocāt hylē. Vox ferrea. Aemulatio eſt Vergiliana ex. vj. en. Nō mihi ſi lingue cētū ſint oraq; centū ferrea vox.

Sordidus impreſſas calcabit uinitor uuas.
Cunctaq;: diuinis parebunt tempora dictis.
Indicio eſt antiqua fides & cana priorum
Teſtis origo patrum: nulliſq; abolēda per æuum
Temporibus conſtant uirtutum ſigna tuarum:
Ex quibus audaci perſtringere pauca relatu
Vix animis committo meis: ſiluamq; patentem
Ingrediens aliquos nitor contingere ramos:
Nam centū licet ora mouens uox ferrea clamet:
Centenoſq; ſonos humanū pectus anhelet:
Cuncta quis expediet? quorum nec lucida cœli
Sydera: nec bibulæ numeris æquantur arenæ.

De raptu enoch in cœlum.

PRim⁹ abuſq; chao meritꝭ uiuacib⁹ enoch
Multa p īnumeros iā ſcl'a cōtigit annos
Natura perdente modum: quem iure creandi
Terra tulit genitū: ſed mors miratur ademptū.

De cōceptu ſare & īmolatione iſaac.

SAucia iam uetule marcebāt uiſcera ſaræ
Grādæuo cōſumpta ſitu: plēq; negabat
Frigidus annoſo moriens in corpore ſanguis
Cum ſeniore uiro: gelidi præcordia uentris
In partū tumuere nouum: tremebūdaq; mater
Algentes onerata ſinus ſpem gentis opimæ
Edidit: & ſerum ſuſpendit ad ubera natum

Anhelet. Spiret. Quoꝝ numeris. i. ſignoꝝ multitudini. Arene bibule. i. aquā ſuſaꝫ nimiū ī bibentes Verg. Bibulas lauere fauillas.

PRim⁹ abuſq; chao. Aggrediꝫ op⁹ inſtitutū ſiue illud ſit paſchale ſiue diuinoꝝ miraculoꝝ inter q̄ poſt mūdi creationē primū eſt Enoch rapt⁹. de q̄ Gen. v. Abuſq; chao. i. a mūdi principio ⁊ loquitur ex illoꝝ opinione qui mundū ex chao factum opinati ſunt: cū ſacre littere ex nihilo ꝓcreatū cōfiteanꝫ. Ver. iiij. geor. Atq; chao denſos diuū numerabat amores. Meritis viuacib⁹. i. propt̄ q̄ diu viuere merit⁹ eſt. Nam poſtea q̄ vixit annos ccclxv. citra mortē raptus eſt.

Natura pdēte modū. i. leges ſuas. quibus ſtatutū eſt hoibus ſemel mori ad hebre. ix. Iure creandi. q. d. Creatus eſt per naturam: ſed raptus eſt contra naturam: ideo mors miratur illum ſibi ademptum

SAucia iā vetule. Alterū miraculū de cōceptu ſare i etate ꝓpe modū decrepita ex geneſi c. xviij. ⁊ xxj. Viſcera ſaucia. i. defecta ⁊ q̄ prenimia etate nō poterat generare. Sare vetule: q̄ppe cui iā pridem deſierāt muliebria. Cōſumpta ſitu grādeuo i. effoeta ⁊ ſterilia lōga etate. Eſt autē ſitus ſqualloꝛ ⁊ incultus eaꝝ reꝝ q̄ lōgo tpe deſiſcit coli. Ver. j. geor. ⁊ ſegnē patiere ſitu dureſcere cāpū. Frigid⁹ ſanguis. q̄ i ſoeceſſidis ē calidioꝛ. Luca. in. ij. Dū ſanguis inerat dū vis materna peregi iuſſa cato. Cū ſeniore viro. erat eñi ſara abꝛaam ex fratre arā nep̄tis. nā cū eo tēpe abꝛaā centenari⁹ eēt. illa etate minoꝛ fuit. cui tñ iā pridē muliebꝛia genitalia ceſſaſſēt. In partū nouū. i. inuſitatū hoiꝫ gñi. Tremebūda mr̄. i. titubās ⁊ vacillās ꝑ etatē. Sin⁹ algētes. i. vteꝝ ſenilē. Edidit ſpē gētis. i. peperit filiū vñ

ꝓpaganda eēt illa gētis multitudo q̄ ab ipo deo ſtellaꝝ nūero cōparata eſt. Serū natū. i. ſenile etate gēitū. Mactādūq; deo. Subdit aliō miraculū ſupiori ꝯſequēs ex Geneſi. c. xxij. Qd̄ precepit de⁹ abꝛaā vt ſibi ꝓpriū filiū ſacrificaret. qd̄ cū ille exequereꝫ inipo iugulādi filiū articulo ab angelo ꝓhibitus eſt id facere: ꝓ quo arietē forte oblatū imolauit. Arietes ſacer. i. ſacrificād⁹. Pro pueri iugulis i. ꝓ iſaac iugulato. O iuſti. cōmendatio abꝛaā ex fide ⁊ obediētia. Pietate remota. i. in filiū impius.

Mactandumq; deo pater obtulit: & ſacer ipſas
Pro pueri iugulis aries mactatur ad aras.
O iuſti mens ſancta uiri pietate remota.
Plus pietatis habēs, contempſit uulnera nati
Amplexus precepta dei. typiciq; cruoris
Auxilio uentura docet: qui ſanguine fuſo
Humanā pro gente pius ſuccumberet agnus.

De uxore loth uerſa in ſtatuā ſalis.

LOth ſodōe fugiēte chaos: dū reſpicit vxor
In ſtatuā mutata ſalis: ſtupefacta remāſit
Ad pœnā cōuerſa ſuam: quia nemo retrorſum
Noxia cōtēpti uitans diſcrimina mundi
Aſpiciens ſaluādus erit: nec debet arator
Dignū opus exercens multū in ſua terga referre

De rubo ardente cum non combureretur.

IGnibus innocuis flagrans apparuit olim
Nō ardēs ardere rubus: nec iuncta calori
Materies alimēta dabat: nec torrida uiuens
Senſit damna frutex: ſed amici fomitis æſtu
Frondea blanditæ lābebant robora flammæ

De uirga aaron uerſa in colubrum.

MItis ī immitē uirga eſt animata dracone
Per flexos ſinuata globos līguiſq; triſulcis

Habēs plus pietatis. ſ. erga deū: q̄ in ordine pietaꝫ preferend⁹ eſt. Typiciq; cruoris. Nā ꝑ abꝛaā myſtice deū patrē intelligim⁹ ꝑ iſaac. filiū q̄ eſt oblat⁹ a patre ꝓ ſalute noſtra. Ro. viij.

Docet vētura. i. qd̄ futuꝝ erat oſtendit iſaac ſacrificandus.

Qui agn⁹. de quo Io. j. Ecce agn⁹ dei: ecce q̄ tollit pcc̄a mūdi Pi⁹. vſq; ad mortē pi⁹ i obediēs.

Succūberet: caderet ⁊ tanq̄ hoſtia.

LOth ſodome. miraculū aliud: quo pacto loth cū vxore filiiſq; duab⁹ fugiēte ſodomā ex precepto angeloꝝ: qui iuſſerant ne in fuga reſpicerēt poſt tergum: vxoꝛ cū reſpexiſſet i ſtatuā ſalis verſa eſt: quā flaui⁹ ioſeph⁹ narrat ſe vidiſſe. Ex Geneſi. c. xix.

Chaos ſodome. i. euerſioneꝫ.

Stupefacta. i. ſine motu ⁊ ſenſu. Cōuerſa. i. reſpiciēs. Q2 nemo. Moꝛalit̄ exponiꝫ qd̄ de vxore Loth reſpiciēte dixit. qd̄ etiā exēplo ſaluatoris nr̄i cōfirmat: ex euangelio. Nemo tenēs aratrū in manu retro aſpicit.

IGnib⁹ innocuis. Cū appuiſſet dñs moiſi in rubo ardente int̄ cetera illud fuit mirabile: qd̄ materia ardēs nō cōburebaꝫ Exo. c. iij. Ignib⁹ innocuis. cū alias oia cōſumāt. Vñ ⁊ a Verg. ij. en. Ignis edax dr̄. Apparuit viſa eſt. Frutex. rub⁹. cū nec arboꝛ: nec herba ſit. Flāme blādite. i. nihil nocētes ſꝫ poti⁹ mulcentes. Lābebāt. i. leuiter ⁊ citra ꝯbuſtionē tāgebāt. Ver. i. ij. en. Tactuq; innoxia molli lābere. flāma comas. Robora frōdea. i. virgulta frondoſa rubi.

Aeſtu amici fomitis. nam cum inter ignemꝫ fomitem hoc eſt materiam combuſtibilem ſit antipatis. ideſt inimica quedam contrarietas. in hoc mirabile quod fomes fuit igni amicus.

MItis in immitem. Primūſignum qd̄ iubente deo factum eſt per Moſen ⁊ Aaron Pharaoni vt dimitteret populum: fuit virga conuerſa in colubꝛum: qui deuorauit colubꝛos egyptioꝝ ſapientia qui ⁊ ipſi voluerunt idem imitari. Exo. ca. vij. Virga mitis. Nihil feritatis habens in manibus Moſis ⁊ Aarō. Sinuata. i. in ſinus reuoluta. Per globos flexos. i. per ſpiras in orbē cōtoꝛtas re.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Et tumens colla. i. virga illa in draconē formata habens collum veneno tumidū. Verg. ij. en. Attollētem iras ⁊ cerula colla tumentē. Linguis triſulcis. Ver. iij. geor. Linguis micat ore triſulcis. Triſulcis linguis. i. vibrātibus. Nā vt inquit Seru⁹. Nullū aīal tāta celeritate linguā mouet vt triplicē habere videaꝛ. Chelidros. ſerpentes amphibios ꝗ eſt terra ⁊ aqua viciſſim victitātes. Vergili⁹ nigris erecſa chelydris. Virgulta. i. in virgā. Proprij rigoris. i. in nate duriciei.

PEruia diuiſi. quo pacto popul⁹ iſrael duce Moſe fugiens ex egypto traiecit mare pedib⁹ ſiccis: cū moſes pretenta ꝟga illud in ptes duas facto vtriq; quaſi muro diuiſiſſet. Exodi xiiij. Cerula ponti. i. pont⁹ ceruleus a colore. Reuoluta in geminū latus. i. diſiecta in dextraꝫ ⁊ ſiniſtrā partē vie qua iturus erat populus. Cognatis aquis. quia iā inde a mundi creatiōe terra illa fuerat aquis obruta. In mare abſentis pelagi. i. in locum in quo prius fuerat mare. quod nunc abeſt.

Marmora ſicca. i. maria ſine maris loca. Ver. j. georgi. Et qū inſidū remis ipellere marmor.

Stupuerūt. i. admirata ſunt. Verg. j. geor. Ipſa ſuas mirant̄ gargara meſſes. Plantas pegrinas. i. fundo maris alienas. Mutauit viā quia mare quod erat nabile factū ē ſtabile. Gerebat baptiſmū rude. i. repreſentabat nouū baptiſma futurum. Chriſtus dux. Ex cuius paſſione ſacramēta vires habuerūt. Clamat. Nā lectio. ſic latini dicūt p eo qđ recētiores textus.

Vox dñi. pſalmo. xxviij. Vox dñi ſu paq̄s multas. Vox aūt ꝟbū pris eſt. i. xp̄s. Qui gerēs teſtamenta ꝯſona. i. ꝯcordās verūq; teſtamētū noue ⁊ veteris legis. Patefecit abiſſum veterē. i. vetus teſtamētū obſcuritatib⁹ plenū qđ per mare intelligitur.

Doctrina ſequens. i. euāgelica. in qua velū tēpli ſciſſum eſt.

QVid referam. Quomō murmurante populo cōtra moſen deus miſit illi coturnices et māna de celo. Exo. xvj. Innumeras. A ſexcenta hominū milia numeraꝛ in libro numerorum. Celeſti pane: ideſt manna quod de celo pluit. Nymbis tam de coturnicibus ꝙ de manna que more nymborum cadebant. Aeria dulcedine: ideſt ex aere proueniente. In plumis ad coturnices refertur.

In imbribus. ad manna.

RVrſus. Cū pplus caſtrameraꝛ in raphidim aq̄ penuria laboraret. Moſes ꝟga percuſſit petrā ꝙ ſtatim fluxit aq̄. Exo. c. xvij. Aruis exuſtis. i. aque penuria laborātib⁹. Verg. Hinc deſerta ſiti regio.

Squāmea colla tumens inimicos ore chelydros
Sorbuit: & propii redit in uirgulta rigoris.

De maris rubri diuiſione.

PEr uia diuiſi patuerūt cærula ponti
In geminū reuoluta lat⁹: nudataq; tellus
Cognatis ſpoliatur aquis: ac turba pedeſtris
Intrat in abſentis pelagi mare: perq; profundum
Sicca peregrinas ſtupuerunt marmora plantas.
Mutauit natura uiam mediumq; per æquor
Ingrediens populus rude iā baptiſma gerebat:
Cui dux Chriſtus erat: clamat nā lectio multas.
Vox dñi ſuper extat aquas. uox deniq; uerbū eſt.
Verbum Chriſtus adeſt: gemine q conſona legis
Teſtamenta gerens ueterē patefecit abyſſum:
Vt doctrina ſequens planis incederet aruis.

De manna quod pluit.

QVid referā innumeras cæleſti pane catuas
Angelicos ſūpſiſſe cibos: nymbiſq; ſupni
Nectaris aeria populū dulcedine paſtum
In plumis habuiſſe dapes: & in imbribus eſcas.

Quod aqua ex petra fluxit.

RVrſus in exuſtis ſitiens exercitus aruis
Qua nimiū loca ſicca diu: qua t̄ra negatis

Egra. Sterilis ⁊ inculta. Viuēdi. q: ſine cibo ⁊ potu mortales non poſſunt viuere. Metallo. Lapide vel potius lapidis vena. Marmora ieiuna. i. ſicca. Panis. de quo in Pſal. Panē angeloꝝ māducauit homo. Petra. de qua pma Corint. x. Petra aūt erat xp̄s. In vndis. per baptiſmū.

ANgelicis. de aſina que allocuta eſt balaam diuinū cū proficiſceretur ad maledicendū populū iſrael ſuaſu balach filij ſephor regis amorrei. Ex libro Numeroꝝ ca. xxij. Angelicis minis. Minabatur enim angelus illi ſtricto gladio. Suū ſeſſorē. i. balaā ſibi iſidentē. Lingua rudenti: alias.

Pecuale qđ numeraꝛ inter pecudes. Perſi⁹. arcadie pecuaria rudere credas ꝺ aſinis dixit.

SOl ſtetit. Cū gabaonite ſe Joſue dedidiſſent ac ſe illi⁹ ſocietati cōiunxiſſent reges finitum illoꝝ vrbē oppugnare ceperūt. Cūq; ioſue ſuppetias ferret ſocijs hoſteſq; fugerēt: iuſſu Joſue ſol ſtetit donec hoſtes profligati ſunt. Ex lib. Joſue. ca. x. Ad gabaō. que fuit eucoꝝ vrbs metropolis. ceciditq; in ſortem tribus beniamin. Lucē anhelantem: ideſt aeſtuātē. quia in meridie. Veſpere dilato. vſq; ad hoſtium interemptionem.

Inſolitus: quia ſol nunq̄ tale aliquid fecerat: Nec luna. qꝛ etiam ſtetit. Populantibus. euertentibus hoſtes. Feruid⁹ gladius. Non quod gladius ferueret: ſed quod victores feruērētur eo vtebantur. Ingentem hoſtem. erant enim quinq; adoniſedech rex hieruſalē ⁊ Ohan rex ebron. ⁊ Pharā rex hierimoth. ⁊ Japhie rex lachis. et Dabir rex eglon. Coniurante polo. quaſi ſocietatem cum Joſue ineunte. Venturum Jeſum. Nam quem nos Joſue Grece Jeſum Hebrei ichoſua vocāt: ergo per Joſue Jeſus chriſtus figurabaꝛ.

HEliam. Quomodo Helias propheta a coruo eſt cibat⁹. tandemq; raptus eſt in celum. Ex tertio Regum capite. xvij. et quarto Regum libro. capite. ij. Corui miniſtri: ideſt cibum miniſtrantes. Sine more. quia nunq̄ tale aliquid antea factū fuit. Deditus rapinis. ideſt ex raptu victitans. Caua guttura. ad vorandum accommodata. Jeiunis morſibus: aut ipſe coruus ꝙuis ieiunus. aut Helie ieiuno. Bonus Helie. ideſt fidus. Noe. cū illum quaſi exploratorē dimiſit ex arca neq; reuerſus eſt. Gen̄. ca. viij. Immo vera lectio eſt apud Hebreos egrediebaꝛ ⁊ reuertebatur: videlicet non habens vbi conſiſteret. Jtaq; Sedulius etiam ſuo tpe habuit codicē incaſtigatum.

Aegra iacebat aquis: qua ſpes ablata bibendi
Viuendiq; fuit. ſubitas arente metallo
Hauſit aquas: ſteriliq; latex de rupe manauit.
Et ieiuna nouum uomuerum marmora potum
His igitur iam ſacra tribus dans munera rebus
Chriſtus erat panis: chriſtus petra: xp̄s in undis.

Aſina alloquitur balaam.

ANgelicis tremefacta minis affat aſella.
Seſſorē per uerba ſuum: linguaq; rudenti
Edidit humanas animal pecuale loquelas

Sol ſtetit pugnāte Ioſue.

SOl ſtetit ad gabaō: mediiq; cacumīe cœli
Fixit anhelantē dilato ueſpere lucem
Inſolitū frenare diem: nec luna cucurrit
Ordine pigra ſuo: donec populantibus armis
Feruidus ingentem gladius conſumeret hoſtē
Coniurante polo. iam tunc famulata uidebant
Sydera uenturum præmiſſo nomine ieſum.

De coruo paſcente heliam.

HEliam corui quondā pauere miniſtri
Prebētes ſine more dapes: aleſq; rapinis.
Deditus: atq; auido ſaturans caua guttura roſtro
Tradidit illæſam ieiunis morſibus eſcam.
Nunc bonus heliæ: qui perfidus antea noe

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Abluit. mundauit miniſtrando nunc Helie. Deliquit. cum non eſt obſecutus noe. Plenus deo. ſp̄ſpū habēs ꝓpheticū. Fecit heredē. ſ. heliſeū ꝓphetā ſucceſſorē ſuū. In aſtra aurea. Verg. ii. eñ. Ferit aurea ſydera clamor. Orbita non exprimit ſulcos. i. rota currus nō relinqt veſtigia q̄ ſunt quaſi quidā ſulci. Exprimit. i. deſignat. Dexteriora petens. i. celeſtia. cū terrena ſint ſiniſtra. Spacio maiore. q2 celū longe lateq; patet cū terra anguſta ſit illi⁹ ꝯpatiōe. Duxit triūphū. i. more triūphātiū curru in celum inuectus eſt. Metā eui humani. ideſt mortē. iuxta illud apl'i hebre. cap. ix. Statutum eſt homini ſemel mori. Celi fulminei. i. tanq̄ fulmine ſplendentis. Merito. q2 exactis ſuis ē illuſtrat⁹. Et noie. quia helios grece interpretatur ſol: ſed dictio hebraica nō recipit etymologiā latinā ideo ſubdit. Sermonis achiui. i. greci. Mutet litterā per accentum. ſ. a. i. o. ⁊ accē⁹ acutus in penultima transferat in antepenultimam: ſed de accētu alibi diximus.

Ultima quomodo ezechie regi egrotanti Eſaias ꝓpheta denūciauit illū poſtri die moriturū. Quē flētē ſupplicemq; deus miſeratus quindecim vite annos illi prorogauit. Ex. iiii. regū ca. xx. Lucis labentis. i. vite iā lapſe. Vſus iure ſuo. q2 ſolus deus illud potuit facere.

Claudens limina patefacta. iam aperta ad illum deuorādū.

Ionas. Hic vnus ex prophetis minoribus miſſus a deo vt p̄dicaret niniuitis naue aſcēſa tharſum aufugiebat. Cumq; ſuperueniſſet tempeſtas: intelligentes naute ob peccatū alicu⁹ ex ſocijs id accidiſſe: ſortiti ſunt inter ſe ſorſq; obtigit Ione vt in pelagus deturbaretur. deturbatus ⁊ a ceto deuoratur: ⁊ in Ioppen delatus eſt a ceto. Ex Iona capite primo. Vitale ſepulchrū: ideſt viuens cetus in quo tanq̄ in ſepulchro erat. Depoſitum: ideſt quaſi depoſitum qḋ a depoſitario reddendum eſt: cū repetitur. Ad ignotas terras ad ioppen. Inimico remige. ſcilicet ceto voratore.

Cum ſpirante. Cū tres pueri hebrei nollent adorare ſtatuam quā fecerat Nabuchodonoſor rex. in fornacem ignis conіecti illeſi permanſerunt pro

Abluit in terris:quicquid deliquit in undis.
Plenus at ille deo poſtq̃ miracula terris
Plura dedit:meritiſq; ſuis ſuccedere dignum
Heredem propriæ fecit uirtutis amicum:
Aurea flāmigeris euectus in aſtra quadrigis
Qua leuis aereos non exprimit orbita ſulcos
Sydereum penetrauit iter:curruq; coruſco
Dexteriora petens ſpacio maiore triumphum
Duxit:& humani metam non contigit æui.
Quam bene fulminei prælucens ſemita cœli
Cōuenit helie:merito qui & nomine fulgens
Hac ope dignus erat:nam ſi ſermonis achiui
Vna per accentum mutetur littera:ſol eſt.

De Ezechia rege.

Ultima labentis miſeratus tempora lucis
Terquinos quodā regi de⁹ addidit annos
Vſus iure ſuo:patefactaq; limina claudens
Mortis ab occaſu uitam conuertit in ortum.

De Iona propheta.

Ionas puppe cadens ceto ſorbēte uoratus
In pelago nō ſenſit aquas:uitale ſepulchrū
Ne moreretur habens: tutuſq; in uentre ferino
Depoſitum non preda fuit:uaſtumq; per æquor
Venit ad ignotas inimico remige terras:

De tribus Pueris in fornace.

Cum ſpirante deo babilonia ſacra negarēt
Tres una eum mente uiri:durumq; ſubirent

Exitum ſæui chaldæa lege tyranni.
Cuius achemeniam rabies accenderat iram
Plus fornace ſua:medios truduntur in ignes
Nil urente rogo.tantoq; ardore calentes
Cordis imagineæ uincunt incendia pœnæ
Igne animi.o quanta eſt credētum gloria flāmis
Ardentis fidei reſtincta eſt flamma camini
Digna ſed immitem mox perculit ultio regē
Nam quod ab humana uecors pietate receſſit.
Agreſtes pecudum conſors fuit ille per herbas
Aulica de paſto mutans conuiuia fœno.
Pronus ab amne bibit ſeptena tempora luſtrās
Omnibus hirſutus ſiluis & montibus errat.

De danielis expoſito leonibus.

Nec min⁹ & dari furuerūt iuſſa tyranni
Ecce etenī ſceleri ſcelus addidit ira furētī
Hebreumq; decus daniel decernitur inſons
Ieiunus cibus eſſe feris:ſed belua iuſto
Mitis facta uiro:ſanctos ne læderet artus
Cœpit amare famem.rabies mollita furorem
Depoſuit:ſæuiſq; in faucibus ira quieuit:
Et didicere truces prædam ſeruare leones

Recapitulatio dictorum miraculorum.

Hic ubi ſunt natura tuæ poſt talia leges:
Quis toties tibi iura tulit.q tartara iuſſit
Tranſlatum neſcire uirum: ſterilemq; marito

pter quod facinus rex in beluā transformatus ſeptē annos in ſiluis errauit. Ex Daniele cap. tertio ⁊ quarto. Spirante deo. inſtinctu diuino. Babilonia ſacra. ſtatuā illam a Nabuchodonoſor propoſitā quod babylone geſtum eſt. Negarent. ſcilicet adorare. Chaldea lege quia rex chaldeorum erat Nabuchodonoſor qui legem tulit.

Achemeniā iram. ideſt perſicam: quia rex quoq; perſarum fuit. Fuit aūt Achemenes rex primus a quo perſe achemenii.

Pene. imagineę incendia. ideſt quorum incendiorum pena propoſita eſt non adorantibus imaginem. Flaminis. Ordo eſt. Flamma ardens camini. ideſt fornacis eſt reſtincta flāmis fidei. Ultio perculit. ideſt percuſſit. Nam quod vecors. ideſt inſenſatus ⁊ ſ̄ernus.

Conſors pecudum. verſatus inter feras. Aulica cōuiuia. id eſt regio apparatu expoſita.

Pronus bibit. More quadrupedum. Luſtrans ſeptena tempora: ideſt in luſtris ferarum ardens per annos ſeptem. Hirſutus: ideſt pilloſus horridus ⁊ incultus.

Nec minus. Daniel apud darium accuſatus quod de religione non bene ſentiret. Leonibus a rege deuorandus exponitur: qui tamen ſe ab illius laniatu abſtinuerunt. Ex Daniele capite. xiiii. Dari. ab eo quod eſt darius prima tum breuis tū longe reperitur: ab eo quod dareus. Ouidius in ibim primam produxit dicens. Atq; necatorū darei fraude ſecundi. Furuerunt. atqui grammatici dicunt preterito carere. Decus hebreum oppe. hebreorum gloria ⁊ honor. Amare famen. ideſt potius fame laborare quā in virum iuſtum ſeuire nil enim per ſceuiat famen. Rabies. Leonibus ingenita vltra famen. Mollita. facta mitis ſt mollis.

Seruare predam. Martialis. de lepore ⁊ leone: ⁊ ſecurior eſt in ore preda.

Hic vbi ſunt. Recapitulatio eſt eorū que ſupra memorauit mirabiliū: quā dixim⁹ eſſe materiā hui⁹ opis. Poſt talia. ſ. miracula. Tulit. i. abſtulit ſiue vt theologi dicit ſuſpendit. Trāſlatū vir. ſ.

Fœcundauit anum:ſacram precepit ad aram
Sponte uenire pecus:muliebres tranſtulit artus
In ſimulacra ſalis:ramos incendia paſſos
Non ardere dedit:uirgultum ſoluit in anguem:
Per pelagus ſiccauit iter:mirabile nymbis
Manna pluit:ſaxo latices produxit ab imo:
Quadrupedem fari plano ſermone coegit.
Suſpenſis rapidas elementis diſtulit horas:
Per uolucres hominē paſci dedit:atq; choruſcis
In cœlum tranſuexit equis.iam morte grauato
Adiecit tria luſtra uiro.prædonis in ore
Naufrago fundauit opem.flagrante camino
Seruauit ſub rore pios.per paſcua regem
Pauit ut hirſutam pecudem:rictuſq; leonum
Inſtimulante fame iuſſit neſcire furorem.
Nempe creatori:cuius quæcūq; uidentur:
Seu quæcūq; latēt: & rerum machina ſermo eſt.
Omne ſuū famulat' opus:ſequiturq; iubentis
Imperium:quacūq; trahit ſententia nutu.

Inuehitur in idolatras.

Heu miſeri q uana colūt:qui corde ſiniſtro
Religioſa ſibi ſculpūt ſimulachra:ſuūq;
Auctorem fugiunt.& quæ fecere: uerentur:
Quis furor eſt:q̄ tanta animos dementia ludit:
Vt uolucrem turpemq; bouē tortūq; draconem
Semihominēq; canē ſupplex hō pronus adoret
Aſt alii ſolem cæcatis mentibus acti
Affirmant rerum eſſe patrem quia rite uidetur

ſcilʒ ex ꝛoch.qđ fuit primū miraculū. Anū maritā.i.ſarā viro ſuo abraā. Pec'.cū abraā voluit ſacrificare filiū. Muliebres artus.ſ.vxoꝛis loth. Ramos.rubū. Virgultū. virgā moſis. Siccauit.qua ppl's p mare tranſiret. Nymbis.i.in ſimilitudinē nymboꝛū ⁊ pluuię. Produxit. Moſe petrā percutiete
Quadrupē.i.aſinā ſub balaā. Suſpēſis elemētis.i.ſtātib' ſole ⁊ luna atq; ex conſequēti reliq̄s ſtellis cū ſol ſtetit ad gabaō. Per volucres hoīem paſci.i.per coruos elyā atq; eundē in celum rapuit. Tria luſtra viro.i.duos q̄ndeci Ezechie regi. Fūdauit opē naufrago.i.opitulat' ē ione
Sub roꝛe.q; irroꝛati ſunt i camino ardēti. Rege nabuchodonoſoꝛ in pecudē piloſā ꝯuerſū.
Rict' leonū.i.leones apro oꝛe eſuriētes. Neſcire furoꝛē.i.obliuiſci ꝓprie feritatis. Nēpe creatoꝛi rūdet ad id qđ ſuꝑ dixit.dic vbi ſunt natura tue ⁊c̄. Et eſt oꝛdo. Oē ſuū op' famulat̄ creatoꝛi
Cui' ſermo eſt.i.cui' verbo create ſunt oīa viſibilia ⁊ inuiſibilia. Quacūq;.i.p quācūq; partē. Sententia trahit.i.voluntas diuina que ſolo nutu oīa facit quecūq; vult.

Heu miſeri. Occaſione eoꝛū q̄ dicta ſunt de rerū creatione atq; creaturarū obedientia inuehit̄ in idolatras qui relicto veri dei cultu colūt pꝛo deo res a deo creatas. Vana.i.indigna q̄ colātur. Simulachꝛa religioſa.i.q̄ putāt religioſa cū ſint ꝓfana. Verent̄.timēt ⁊ venerātur. Que fecere.ſ.ſimulachꝛa opa manuū ſuaꝝ. Vt volucrē Egyptios carpit q̄ ħ iſtoꝛa colebāt. Volucrē.puta ſatanā ſerpētib' ibim.vt ait Iuue. Turpē bouē.i.magnū. Vergi.in geoꝛg. Foꝛma bouis cui turpe caput: cui plurima ceruix qđ Seruius pꝛo magno exponit.⁊ dicit ꝓpt apim bouē quē egyptij colūt. Toꝛtum dꝛaconē.puta ⁊ eſculapiū qui ſub imagine ſerpentis ſinuoſi colebatur. Semihominem canem.idest mercurius ſiue anubim q̄ in ſpecie can.e ab egyptijs colitur. Patrem rerum.idest creatoꝛem quia omnia ſuo lumine colluſtrat.

Clara ſerenatis infundere lumina terris.
Et totum luſtrare polum:cum conſtet ab iſtis
Motibus inſtabilem rapidis diſcurſib' ignem
Officium non eſſe deum:quiq; ordine certo
Nunc oritur:nunc occiduas demiſſus in oras
Patitur cum nocte uices:nec ſemper ubiq; eſt
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi
Cum geminū ſine ſole diem nou' orbis haberet
Sic lunæ quoq; uota ferunt: quā creſcere cernūt
Ac minui:ſtelliſq; litant quæ luce fugantur
Hic laticem colit ille larem: ſed iungere ſacris
Non audent inimica ſuis: ne lite propinqua
Aut rogus exiguas deſiccet fortior undas
Aut ualidis tenues moriantur fontibus ignes
Arboreis alius ponit radicibus aras
Inſtituitq; dapes:& ramos flebilis orat
Vt natos claramq; domum dilectaq; rura
Coniugii fidemq; famulos cēſumq; gubernet
Lignee ligna rogas:ſurdis clamare uideris
A mutis reſponſa petis.quæ iura domorum
Hac ratione regunt:ſi cæſa ſecuribus actis
Ardua pendentis ſuſtentant culmina tecti
Aut ſubiecta focis dapibus famulantur edendis
Nonnulli ueneranturolus:molleſq; per ortos
Numina ſicca rigant.ueriq; hac arte uidentur
Tranſplantatorum cultores eſſe deorum.
Plura referre pudet:ſanctoq; in carmine lōgum
Vel damnare nefas:ne mollia ſentibus uram
Lilia.purpurei neu per uiolaria campi

Cum conſtet improbat hominū errorē cū ſic diſpenſare lucem p motū non ſit officiū domini.ſed potius miniſtri. Nec ſemper vbiq; eſt. Deū autem neceſſe eſt eſſe vbiq;. In origine mundi. Nā illud nō potuit eſſe deus qđ habuit principiū.ſol habuit pꝛincipiū quia die quarto creatus.
Geminū diem.immo tres dies ex geneſi capite pꝛimo. Sic.quemadmodū ⁊ ſoli. Creſcere ac minui.quod deo repugnat
Fugantur luce.ſolis ſuperuenientis.de' autē nihil habet ſupra ſe maius. Laticem.idest aquam. Larem:idest ignem: quia lares dij familiares ad focos penetrales colebant̄. Inimica.idest hec duo contraria elementa. Arboreis.idest colit arboꝛes tanq̄ alicui deo ſacras. dicit pꝛopter lucos de quibus in quarto regum libꝛo ſepe legim'
Dapes.quas ſacrificat. Flebilis.ſupplex. Coniugij fidem.idest fidelem coniugem.Vergil. quarto eneẏ.Coniugiūq; vocat. Lignee.idest.o caudex.o ſtipes ⁊ plane ligne'. Ligna rogas idest rogare debes? Surdis. quia vt dicit pſalmograph' aures habent ⁊ non audient: ſed illud de ſimulachꝛis hoc de arboꝛibus dicitur. Regūt iura domoꝛum.non benfaciendo domeſticis:ſed ad ſtructuram oꝛnatū vtilitatemq; afferendo. Securibus acti.i.impactis ⁊ afflixis
Subiecta focis.Immo ſuperiniecta. Edendis.idest comedendis. Venerantur olus.Dij ſunt Egyptij.Iuuenalis.Poꝛrum ⁊ cepe nefas violare et frāgere moꝛſu. O ſanctas gentes quibus hec naſcuntur in hoꝛtis numina. Tranſplātatoꝛum:idest quas ipſi tranſplantauerunt. Longum nefas.idest longo tempoꝛe etiam in damnando inſiſtere. Ne vrā.i.contaminē miſcendo pꝛofana ſacris. Sentib'.que nō ſinūt creſcere lilia. Verg.ij.geoꝛ Vritur eſti campum lini ſeges vrit auene. Violaria.loca vbi naſcuntur viole:ſicut roſaria vbi roſe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Carduus. Vergilij eſt. Paliurus. herba ſpinoſa egypto ⁊ cyrenaice familiaris.
Tam ſatis. Tranſitio eſt a dictis ad dicenda accedit ad paulatim ad euangelij dapes paſchales. Monſtra. res manſtroſas ⁊ indignas que ab homine coli debeant. Aut potius defleuimus. Color eſt correctionis. nam talia potius deflenda ꝙ ridenda ſunt. Viam ceptam. ideſt opus inſtitutum. Firmare gradus. ideſt pedibus niti. Montem per altum. euangelium intelligit: per quod itur ad ciuitatem dei. ſed ad eam rem opus eſt libertate: Non ea vt dicit Perſius que introducta eſt iure gentium: ſed vera libertate hoc eſt animi.
Tholis fuluis. ideſt auratis. Eſt autem tholus vt inquit Lactãtius in illud Papinij. ij. Thebayda. Figamq; ſuperbis arma tholis locus in media templi teſtudine vbi mouentium dona appendebantur. Digna. quia indigna non dantur. Clauſtris remotis. ideſt ianuis reſeratis. Cordi pulſanti. Matthei ſeptimo. Ille lapis reprobus. de quo in pſalmo. cxvij. Matthei. xxj. Angulus geſtat in vertice. ideſt qui factus eſt in caput anguli: et qui fecit vtraq; vnum. Miracula. ad illud quod Pſalmiſta dicit ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris.
Onus leue. Matth. xj.
Per digeſta. Iterum continuat dicta dicendis. Que genitor. ſic creatoris nomẽ trinitati perſonarum cõmunicatũ tamen in ſymbolo vatum creatorem celi ⁊ terre confitemur. Natus qui auctor eſt noui teſtamenti referens tamẽ omnia ad patrẽ. Rudis legis. i. noue. nã rudia ſunt noua. Qđ ſimplex triplicet. i. qđ eſt vnũ ⁊ ſimplex in eſſentia. fit triplex i perſonis ⁊ econtrario. qđ eſt triplicabile. ideſt triplex in perſonis. ſimplex ideſt fit ſimplex. Arrius infelix. qui de deo male ſentiens filium minorem patre dixit.
Flectere. incuruare catholicã veritatem. In foueam atram ad inferos detruſus. Tã vacu⁹ ſenſu ſicut dicim⁹ vacu⁹ cerebro. Tpe pene iuſte. nã in epõ ⁊ populiq; preſentia diſputãs: cũ leuã di vẽtris cã in fo. cã declinaſſet inteſtina egerere coact⁹ eſt. Eratoꝛ ..iuſo ruit arrius aluo. Qui ſi

Carduus & ſpinis ſurgat paliurus acutis.

Paulatim accedit ad euangelium.

Tam ſatis hũanis erroribus addita monſtra
Riſimus aut tales poti⁹ defleuim⁹ actus.
Nunc cœptum iuuat ire uiam: mótemq; ꝑ altũ
Nitentes firmare gradus: properemus in urbem
Libertatis ope: radians ubi regia fuluis
Emicat aula tholis: ubi dantur digna petenti.
Quærenti ſpes certa manet. clauſtriſq; remotis
Peruia pulſanti referantur limina cordi.
Hic eſt ille lapis reprobus: quem uertice geſtat
Angulus: atq; oculis præbet miracula noſtris:
Cuius onus leue eſt: cuius iuga ferre ſuaue eſt.

Continua dicta dicendis.

Per digeſta prius ueteris miracula legis
Quæ genitor ſocia nati uirtute peregit
Rettulimus ſancti coniuncto ſpiritus actu
Quæ natus ſocia patris uirtute peregit
Per digeſta rudis necnon miracula legis
Dicemus ſancti coniunctio ſpiritus actu:
Semper ut una manens deitatis forma perennis
Quod ſimplex triplicet qdq; ẽ triplicabile ſiplet
Hæc eſt uera fides. hanc ſpreuit habere ſalutem
Arrius infœlix: qui curua per auia rectum
Flectere nixus iter: foueam delapſus in atram
Corruit: & tetri merſus petit ima profundi.
Tam uacuus ſenſu iuſtæ ꝗ̃ tempore penæ

muſlauit iura. i. filia eſſe dixit. Parẽtis perpetui. i. dei patris eterni. Nõ imitãda. i. ꝗ paternitat; humane nature nõ poſſunt imitari. Simulauit. inquã gradib⁹ honoꝝ caducorũ. i. hoim int quos deſcẽdit ſeries gñatõis a pře ꝑ filiũ in nepotẽ. Lex carnalis. i. hũana. Minorẽ. ſ. tpe. Afforet eẽ. i. ptinget. Nepotũ. i. poſteroꝝ. Aui auoꝝ. ex Verg. Dñs xp̃s. peculariť dñs nr̃ ꝑ redẽptionẽ. Verbũ pr̃is hoc ꝓpriũ eſt. Virtus ⁊ ſapiẽtia hec attributa ſunt filio. Totũ cõe pr̃is. De eſſentialib⁹ diuinitatis eſt intelligendũ: vt infinit⁹: etern⁹ oĩps. Lumẽ de lumine. Vt in ſymbolo expſſe canitur. De ſolo ſol⁹. ſ. ꝓcedẽs ꝑ gñationẽ. alio qui ⁊ ſpũſſctũs ẽ a pře ⁊ a filio: ſ; ꝑ inſpirationẽ. Nec min⁹ nec quo creſcat. q. d. Eſt eq̃lis. Genit⁹. i. ꝓcedẽs a pře ꝑ eternaꝫ generationẽ. Nõ creatus. Quod arri⁹ dixit impie. Principiũ. de quo Ioãnis. c. viij. Principiũ ꝗ ⁊ loquoꝛ vobis. Clarus habetur. ex Ioã. c. xiij. De⁹ clarificat⁹ eſt in eo ⁊ de⁹ clarificauit euꝫ in ſemetipſo. Rex caput. i. principiũ tã ⁊ ſi in attributis principiũ filio dedim⁹. Qui ẽ pater: hic eſt fili⁹. Hoc nãq; hereticum eſt dicere. Qđ pr̃ eſt: hoc fili⁹ ẽ. Hoc piũ ⁊ religioſũ. Nã in genere neutro ſignificaẽ ſubſtãtia ſiue eẽntia. ꝑ maſculinũ ⁊ femininũ deſignanẽ pſone. vt pr̃ eſt alius a filio ⁊ alia ẽ perſona pr̃is, alia filij. ⁊ alia ſpũſſancti. Non aliud eſt pater a filio: ⁊ perſona patris nõ eſt aliud a perſona filij. Ipſe docẽs. Ioãnis. c. xiiij. Philippe non credis quia ego in patre ⁊ pater in me eſt.
Rurſus. ex Ioanne eodem capite. decimo. Sum us vnum. Subaudi in eſſentia. ſed non vnus. ideſt vna perſona. Arrius vnum. debet ſcire Arrium ⁊ ſebellum cõtrarios inter ſe impietatꝫ autores reprehẽdit: quoꝝ prioꝛ trinitatẽ poſuit ſed in pſonis inequalitatẽ. poſterioꝛ vero cõfundit perſonas dicens vnũ deum ſed pro diuerſitate officiorum. nunc eſſe patrem. nunc filium. nunc ſpiritum ſanctum.
Fidem trinam. i. trium perſonarum. Vnam. dicendo eſſe trinum ⁊ non vnum.
Sua dicta. ideſt alterius dicta. Brachia exerta. Moꝛe illoꝝ qui pugnis decertari ſunt. Cati. ideſt callidi ⁊ aſtuti non ad docendum ſed ad certandum.

Viſceribus fuſis uacuus quoq; uentre remanſit
Demens: perpetui qui non imitanda parentis
Iura caducorum gradibus ſimulauit honorum.
Namq; homines inter natum genitore minorẽ
Lex carnalis habet: quoniam pater ipſe parentis
Filius ante fuit: mox & qui filius eſt nunc
Afforet eſſe pater: ſic per genus omne nepotum
It noua progenies: & aui numerantur auorum.
At dominus uerbum uirtus ſapientia chriſtus
Et totum cõmune patris de lumine lumen.
De ſolo ſolus: cui nec minus eſt patre quicq;:
Nec quo creſcat habet. genitus nõ quippe creat⁹
Ipſe eſt principium: nam ſicut clarus habetur
In genitore manens: genitor quoq; clarus in ipſo
Permanet: & rerum caput eſt deus unus ubiq;.
Non quia qui ſummus pater eſt: & filius hic eſt
Sed quia quod ſummus pater eſt: & fili⁹ hoc eſt:
Sic ait ipſe docens. ego in patre & pater in me eſt.
Rurſus ego atq; pater unũ ſum⁹. Arrius unum
Debet ſcire ſimulq; ſabellius eſſe fatendum.
Ille fidem trinam. tamen hic amplectitur unã:
Ambo errore pares: quanq; diuerſa ſequantur.
Qualiter aſſueti uarias producere ſectas
Impugnant ſua dicta uiri: qui brachia nudis
Oſtendunt exerta humeris: nil tradere docti
Sed tantum certare cati. prudentia quorum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Stulta iacet:quia uana deo eſt ſapientia mundi.
Hic loquit᷑ nimis:ille tacet.hic ambulat: hic ſtat
Alter amat fletus:alter criſpare cachinum.
Sic igitur miſeris par eſt ueſania cunctis.

Diſponit ad materiã librorum ſequẽtiũ.

Interea dum rite uiam ſermone leuamus:
Speſq̃ fideſq̃ meũ comitant᷑ i ardua greſſũ
Blandius ad ſummam tandẽ peruenimus arcẽ:
En ſigno ſacrata crucis uexilla coruſcant.
En regis pia caſtra micant: tuba clamat herilis.
Militibus ſua porta patet.qui militat intrat:
Ianua uos æterna uocat:quæ ianua chriſtus.
Aurea perpetue capietis premia uitæ:
Arma quibus domini tota uirtute geruntur:
Et fixum eſt in frõte decus: decus armaq̃ porto:
Militæq̃ tuæ bone rex pars ultima reſto:
Hic proprie ſedes:huius mihi mœnibus urbis
Exiguam concede domum:tuus incola ſanctis
Vt merear habitare locis:alboq̃ beati
Ordinis extremus conſcribi in ſecula ciuis.
Grandia poſco fidem:ſed tu dare grandia noſti.
Quẽ magis offendit:quiſquis ſperando tepeſcit.
Chriſte faue uotis: qui mũdũ in morte iacentẽ.
Viuificare uolens quondam terrena petiſti
Cælitus humanam dignatus ſumere formam:
Sic aliena gerens:ut nec tua linquere poſſes.
Hoc Mattheus agẽs hominẽ generaliter implet.
Marcus ut alta fremit uox p deſerta leonis.
Iura ſacerdotii Lucas tenet ore iuuenci.

Sapiẽtia mundi. Quia ſapientia huius mũdi ſtultitia eſt apõ deũ. Criſpare cachinũ. ex perſio. Naſo criſpante cachinos. Sic. ſequẽtes extrema ⁊ fugientes medium.

Interea. Paulatim accedit ad principale inſtitutum: qđ ut ab initio dixit. erat clara ſalutiferi nõ tacere miracula xpi: que ſunt ab euangeliſtis enarrata. Viã leuam⁹ quaſi inſtituiſſet pficiſci ad legẽ euãgelicã ⁊ itercũ dũ narraſſet uie comitibus q̃dã miracula ex teſtamẽto ueteri ut itineris labor ſubleuaret. Spes ⁊ fides. Que due uirtutes comitant xpianũ in hac uita. In ardua. i. in alterã uitã aut in legem euangelicã q̃ me docet arctã eſſe uiã que ducit ad uitã. Matth. vij. Blãdius. i. minori cum labore. Arcẽ. i. culmẽ legis euãgelice. En ſigno. Trãſlatio ẽ ſumpta a militãtib⁹ ſeculo ad eos q̃ militãt xpo ſub euangelio. Clamat. ad fidẽ uocat. Sua porta. i. ppria q̃ xps Ioã. c. x. Ego ſum oſtiũ ouiũ. Premia uite. hoc eſt donatiuũ qđ militãtib⁹ xpo proponitur. Decus in frõte. hoc eſt inſigne crucis p chriſma impreſſũ. Pars ultima. i. minim⁹ xpianorum. Hic. i. in his caſtris. ſ. militantis eccle. Ut merear. Poſt pactã militiam i hac uita. Cõſcribi albo. i. in tabula illa ſiue libro uite de quo in apocalypſi. Erat aũt albũ tabula i qua iudicũ noia ſcribebant. Suetonius in Domitião equitẽ ro. eraſit iudicũ albo. Tepeſcit. i. non eſt feruid⁹ in ſpe. Faue uotis. Inuocatio eſt diuini auxilij ad opus ſuum proſequẽdum. Petiſti celitus. ideſt a celo deſcendens. Aliena gerens. i. humanitatẽ ante incarnationẽ. Tua. i. diuinitatem. Matthe⁹ hoc agẽs. ſ. quod tu ſumpta humanitate apud nos geſſiſti. Implet hoiem. i. ſb hois effigiẽ. ex Ezechiel᷑ uiſione. Alta uox per deſerta. at illi refertur quod Marcus in initio ſui euangelij ſcribit. Ego uox clamantis in deſerto. Iura ſacerdotij. Incepit eñ ſuum euangelium a ſacerdotio zacharie. Ore iuuenci. aialis nati ad ſacrificiũ.

More uolans aquilæ uerbo petit aſtra ioannes
Quattuor hi proceres una te uoce canentes:
Tempora ceu totidem latum ſpargunt᷑ in orbẽ:
Sic & apoſtolici ſemper duodenus honoris
Fulget apex.numero menſes imitat⁹ & horas:
Omnibus ut rebus totus tibi militet annus.
Hic igitur ueteris recolens exordia mortis
Ad uitam properabo nouã.lachrymaſq̃ ferẽdo
Gaudia longa metam.nã qui defleuimus in Adã
Semina mitentes:mox exultabimus omnes
Po rtantes noſtros chriſto ueniente maniplos.

Cœlii Sedulii preſbyteri mirabiliũ diuinorum ſiue paſchalis operis.

Liber ſecundus.

Expulerat prio genitũ ſæuiſſim⁹ anguis
Florigera de ſede uirũ:blãdiq̃ ſaporis
Illecebris lœtũ miſero portarat amarum
Nec ſolus meritã præſumptor ſenſerat iram
Mortali ſub lege iacens:ſed prorſus ab ipſo
Humanũ ſimul omne genus:heu noxia cõiux
Noxia tu coniux magis:an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco:ſed tu quoq̃ noxia coniux
Prodolor æterni fuerant duo:creſcere poſtq̃
Cœpit origo:perit:clademq̃ a ſemine ſumpſit.
Quid numeroſa dies:quid tẽpore proderat illo
Cernere nongentos ultra fœliciter annos:
Progeniemq̃ ſenum decimã ſpectare nepotum:
Iamq̃ ſuum neſcire genus:cum uicta ſupremis

Uerbo. dicens in ipſa euangelij. In principio erat uerbum. Totidẽ tpa. q: numerus euangeliſtarum equa quattuor anni tempa. Sic ⁊ apoſtolici. Ut q̃ttuor euangeliſte quattuor anni tempora. Apex duodenus. i. culmen duodecim apoſtolorum. Imitatus menſes: qui in anno eque ſunt duodecim. Et horas. que in die ſunt duodecim ſicut in nocte. Hic igit. Redit ad illud qđ dixerat de eccleſia militante ⁊ triumphante ⁊ de teſtamento ueteri ⁊ nouo. Exordia mortis: que introducta eſt per primi parentis pctm ⁊ durauit per totã legẽ ueterem. Ad uitam nouã. ſ. euangelicã. q: a diebus Ioãnis baptiſte regnum celorũ uim patitur. Matth. ca. xj. Lachrymas ferendo. ex pſal. cxxv. Euntes ibãt ⁊ flebant mittentes ſemina ſua.

Expulerat. Incipit liber ſcđs in q̃ anteq̃ aggrediat᷑ euangelij ſeriẽ dicit quedam de lapſu primi hois: deq̃ humana reſtauratione per chriſti incarnationẽ paſſionemq̃. Seuiſſimus anguis. diabolus in forma colubri decipiens Euam ⁊ ex conſequenti Adam. Primogenitum. qui grece prothoplauſtos. De ſede florigera. de paradiſo uoluptatis. Illecebris. delicijs. Letũ amarũ. i. mortẽ. Preſumptor ſolus. i. q̃ cibũ uetitũ preſumpſit. Iram meritã. i. penam. id qđ precedit pro eo quod ſequitur. Sub lege mortali. Cum potuiſſet permanere immortalis. Ab ipſo. i. poſt ipſum. Omne genus humanũ. Subaudi ſenſit irã meritam. Noxia cõiux. que fuit cauſa tantorum malorum. Et eſt imitatio ex Uergilio in bucol. Crudelis tu quoq̃ mater. Crudelis mater magis an puer improb⁹ ille. Improbus ille puer: crudelis tu q̃ mater. Duo. ſ. Adã ⁊ eua. Origo. i. q̃ ex illis primis ppagati ſunt. Perit. quẽadmodũ ⁊ primi parentes perierũt. A ſemine. i. a prima origine. Qui nũeroſa. Senſus eſt q̃d proderat diu uiuere: ſi moriẽdũ erat tãdẽ atq̃ eũdũ ad inferos ſine ulla redẽptõis ſpe. Illo tpe. ſ. ante xpi paſſionẽ. Nõgentos annos. q̃s ante diluuiũ uiuebat hũanũ gen⁹

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Curſibus extremi ſors irreparabilis æui
Sera licet uentura foret:longumq; per æuum
Vita breuis nihil eſſe diu cum fine doleret:
Nec reducem ſpes ferret opē:primiq; ſepulchrū
Terrigenę cæca ſorberet fauce nepotes:
Ni pius ille ſator culpas ignoſcere promptus:
Reddere difficilis:ſua ne factura periret:
Quæq; duo ſimilis uiuens aſtabat imago:
Diſſimilis de morte foret:ueniale miſertus
Inſtauraret opus:pomiſq; uetaret acerbis
Quæ mandere patres:natoꝝ horreſcere dentes:
Donareq; ſuis ſemper placatus:ut unde
Culpa dedit mortem:pietas daret inde ſalutem.
Et uelut e ſpinis mollis roſa ſurgit acutis:
Nil qđ lædat habēs:matremq; obſcurat honore:
Sic æue de ſtirpe ſacra ueniente maria
Virginis antiquæ facinus noua uirgo piaret.
Vt quoniam natura prior uitiata iacebat
Sub ditione necis:chriſto naſcente renaſci
Poſſet homo:& ueteris maculā deponere carnis.

Annunciatio chriſti incarnationis.

HEc uētura ſenes poſtq̄ dixere prophetæ:
Angelus intactæ cecinit properata mariæ
Et dictum comitata fides :uterumq; puellæ
Sydereum mox implet onus:rerumq; creator
Naſcendi ſub lege fuit:ſtupet innuba tenſos.
Virgo ſinus:gaudetq; ſuum paritura parentem.

Natalis domini.

IAmq; nouē lapſis decimi de limine mēſis

Cū ſors eui extremi.i.vite finis. Irreparabilis.i.irreuocabilis. Victa ſupremis curſibꝰ.i.q̄ mul titudine annoꝝ tandē vincit. Ventura foret: q₂ vt dixi tādē illis moriēdū erat. Licet ſera.i.ſero. Cū fine.q.d.nō pōt dici longū qđ finē h₃. Opē reducē actiue.i.q̄ reducerat ⁊ liberaret alios reducē paſſiue. vt Verg.i.ene. Vtq; reduces illi ludunt. Sepulchrū.i.inferi.ſicut e diuerſo.Geñ.xl.Deduces canos meos ad inferos ꝓ quo in hebreo habet ſepulchrū. Primi terrigene.i.primi parentis.qui apud inferos ſepultus eſt. Nepotes.i.illius poſteritatē. Promptꝰ facilis. Reddere difficilis.i.reponere ⁊ exprobare. Aſtabat imago.ꝑ erat. De morte.i.ꝑ mortē in quā incurrerat ꝓpter pctm. Inſtauraret opꝰ veniale.i.renouaret hoiem q̄ venia ex eo dignꝰ erat qđ ex infirmitate peccauerat. Pomis acerbis. Alludit ad ꝓuerbiū illud de quo Iere.xxxi.⁊ Ezechiel.xviij. Patres noſtri comederūt vuā acerbā ⁊ dētes filioꝝ obſtupuerūt.i.quod patres peccauerunt luerunt filij. Matrē.i.roſe plantā ſpinoſam. Obſcurat honore.i.ſua pulchritudine obūbrat. Eue virginis antique.i.prime. Natura prior.i.homo ante natalē xp̄i ſubiectꝰ morti eterne. Renaſci. per aquam baptiſmi.

HEc ventura. Quo pacto gabriel angelus virgini miſſus eſt a deo: vt illi denūciaret ei ṽbu₃ ex ea carne₃ eſſe ſumpturū. idq; factum eſt.Ex Luca.c.i. Hec q̄ ſupra diximꝰ de ṽbo incarnando. Cecinit ꝓperata.i.properanter denūciata. Fides comitata eſt dictum: q₂ virgo credēs angelo conſenſit: ⁊ ṽbū caro factū eſt. Sydereū onus.i.celeſte ṽbum qđ incarnatū erat ventris eiꝰ. Sub lege naſcendi.i.creature. Tenſos ſinꝰ.i.vterū qui plures ſinus habet diſtentum.

IAmq; nouē. qđ ē nonē menſes ab annūciatiōe: xp̄s ieſus natꝰ ex maria ṽgine incorrupta.ex Luca.c.ij. Iāq; nouē ſubandi mēſibꝰ.

Fulgebat ſacrata dies:cum uirgine fœta.
Promiſſum compleuit opus uerbum caro factū
In nobis habitare uolens: tunc maximus infans
Intemerata ſui conſeruans uiſcera templi
Illeſum uacuauit iter.pro uirgine teſtis
Partꝰ adeſt clauſa ingrediēs & clauſa relinquēs.
Quæ noua lux mundo?quæ toto gratia cœlo?
Quis fuit ille nitor? mariæ cum chriſtus ab aluo
Proceſſit ſplendore nouo:uelut ipſe decoro
Spōſus ouās thalamo forma ſpecioſus amœna
Pre natis hominum cuius radiante figura
Blandior in labiis diffuſa eſt gratia pulchris.
O facilis pietas.ne nos ſeruile teneret
peccato dominante iugum:ſeruilia ſumus
Mēbra tulit dominus.primiq; ab origine mūdi
Omnia qui propriis ueſtit naſcentia donis:
Obſitus exiguis habuit uel lamina pannis.
Quéq; procelloſi non mobilis unda profundi:
Terrarum non omne ſolum:ſpacioſaq; lati
Non capit aula poli:puerili in corpore plenus
Manſit.& anguſto deus in præſepe quieuit.
Salue ſancta parens enixa puerpera regem
Qui cœlum terramq; tenet per ſæcula:cuius
Numen & æterno complectens omnia gyro
Imperium ſine fine manet:quæ uentre beato
Gaudia matris habens cū uirginitatis honore
Nec primā uiſa es ſimilē nec habere ſequentem
Sola ſine exēmplo placuiſti fœmina chriſto.

De reuelatōe paſtoribꝰ facta & magis.

TVnc prius ignaris paſtoribꝰ ille creatus

Dies ſacrata.ſ.chriſto naſcente. De limine.i.in principio. vt ſit prepoſitio pro prepoſitiōe. Opus ꝓmiſſum.ſ.per prophetas q̄ predixerant xp̄m naſciturum. Habitare in nobis.i.in natura humana.ex Ioanne cap.primo. Sui tēpli.i.vteri virginalis in quo q₂ deus habitauit tēplū dr̄. Vacuauit iter illeſū.i.vacuando viſcera reliquit iter illeſum. Pro virgine.i.in fauorem virginis qđ virgo permanſit. Partus eſt teſtis.i.xp̄s quē ipſa peperit. Clauſa ingrediens.Ioā.ca.xx. Venit Ieſus ianuis clauſis ⁊ ſtetit in medio diſcipulorum ⁊ eſt argumentum a pari. Lux gratia nitor.q.d.incredibilis. Velut ſponſus.Ex pſal.xviij. Et ipſe tanq̄ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo exultauit vt gigas ad currendam viā. Forma ſpecioſus. ex pſalmo xliiij. Specioſus forma p̄ filijs hominu₃ diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Seruile iugum.i.peccatum. nam qui peccatum facit ſeruus eſt peccati. Ioan.cap.viij. Membra ſeruilia. Iuxta illud apoſtoli Philip.ij. qui cu₃ in formā dei eſſet exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Proprijs donis. Puta piſces ſquammis aues pluma. arbores cortice. Obſitꝰ.i.inuolutꝰ. Sic eni₃ exponit Seruꝰ illđ Ver.viij.eñ. Ibat rex obſitꝰ euo. Profundi ꝓcelloſi.i.maris qđ ꝓcellis agitatur. ideo dixit vnda mobilis. Manſit plenus.i.integer. Deꝰ quieuit. huiuſmodi eni₃ axiomata ex cōicatōe idiomatū vt theologi dicunt: vere ſunt. Salue ſancta parens. Virgini congratulatur autor. Gyro eterno. aut ad mundu₃ archetypū retulit: aut a eterno ꝑ ſempiterno poſuit. Similē p̄mā.i.priorē ħ eſt ante te. Nec ſequētē.i.poſteriorē ħ eſt poſt te. Sine exēplo.q₂ neq; tu alia priorē imitata es. neq; te alia poſterior.

TVnc priꝰ. Qđ nato xp̄o paſtoribus ꝑ angelos facta eſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

reuelatio.ex Luca.ca.ij.& de magorum adoratione.Matthei.ij. Ille creatus.Chriſtus quod ad humanitatem attinet natus. Emicuit.Splendens apparuit. Paſtoribus ignaris.i.nihil tale ſcientibus. Quia paſtor erat.Ipſo dicente Ioã.c.x.Ego ſum paſtor bonus. Agnus. De quo Ioã.c.ij. Ecce agn⁹ dei. Gregibus.i.paſtorib⁹ gregũ cuſtodib⁹. Cecinit miracula.Canendo gloria in excelſis deo quod erat mirabile. Talia ſigna.i.miracula ſepe in ſacra ſcriptura. Oris bethleis. Nam in bethlẽ natus eſt. Grandia nũcia.ideſt grandes nouitates vt ſic dicam. Nam nũciũ pro re que nũciatur raro inuenitur. Ab arce orientis.inde enim venerunt magi. Perturbant.Subaudi herodem. Dictis ſollicitis.ab effectu pro ſollicitantibus. Hoc propter hoc. Aſtra & nouã ſtellam.idẽ eſt. Arbiter aule hebree.i.herodes penes. quẽ erat arbitriũ regni. Qui primus erat.ad herodẽ & ad chriſtum referri poteſt. Fronte ſerena.i.diſſimulans voluntatẽ nocendi ſerenitate vultus. Quid furis.In herodem autor inuehitur. Fateris chriſtum.Dicens te velle ipſum adorare. Senſu.ideſt cogitatione Legendo negligis.i.non intelligis. Minaris tua regna.i.per regni poteſtatem te in illum ſeuiturum. Tua noia.quaſi dicat.Tu nõ interimes chriſtum: ſed alius tui nominis heres curabit illũ crucifigi. Patrandum.Ordo eſt. Alius herodes. ſcilicet tetrarcha ſub quo Ioannes quoq; baptiſta paſſus eſt. Uidebit.ſubaudi ſcelus. Quid tu molire.ideſt perpetrare cupis: patrãdum tamen ab altero. Gentis.ſcilicet iudae cui⁹ tu rex nũc es. Sydus regale.i.quod regem natũ deſignabat. Duxit gentes. ideſt magos qui gẽtiles erant:quod ſignificabat in lege futura hoc eſt euangelica gentium vocationẽ. Solutis theſauris.i.apertis.Pro religione.i.qui religioſum aliquid ſignificabãt Ipſe ſpecies. Que.ſ.offerebãtur. Foderunt.i.ex metallis terreq; venis eruerũt. Thura.que in ſacrificijs erant peculiaria. Myrrham.ea enim purgabantur mortui.Unde Martia.& olentem funera myrram.

Emicuit:quia paſtor erat.gregibuſq; refulſit
Agnus:& angelicus cecinit miracula cœtus.
Talia bethlæis dum ſigna geruntur in oris:
Grandia ſollicitis perturbant nuncia dictis
Iudaicis nuper populis orientis ab arce
Progenitum fuiſſe ducem:hoc cœlitus aſtra
Hoc ſtellam radiare nouam.ferus arbiter aulæ
Aeſtuat hebreæ ratus hunc ſuccedere poſſe
Mox ſibimet:qui primus erat.tunc frõte ſerena
Nubila mentis alans inquiri mandat ubiq;
ſicut adorandum:quẽ tractat fraude necãdum
Quid furis herodes?chriſtum ſermone fateris:
Et ſenſu iugulare cupis?legemq; legendo
Negligis:& regi regum tua regna minaris.
Ne tamen in ſano careãt tua nomina facto:
Patrandũ ſub honore crucis ſed crimine gentis
Herodes alius quod tu molire uidebit.
Ergo alacres ſummo ſeruantes lumina cœlo
Fixa magi ſyduſq; micans regale ſecuti
Optatam tenuere uiam.quæ lege futura
Duxit adorantes ſacra ad cunabula gentes.
Theſauriſq; ſimul pro religione ſolutis:
Ipſe etiam ut poſſent ſpecies oſtẽdere chriſtum:
Aurea naſcenti foderunt munera regi.
Thura dedere deo.myrrhã tribuere ſepulchro.
Cur trina dona tamen?q̃m ſpes maxima uitæ

Quoniam fides ſpes maxima.quia fides eſt ſubſtantia rerũ ſperandarũ argumẽtũ nõ apparentiũ.

Hunc numerum confeſſa fides.& tpa ſummus
Cernens cuncta deus preſentia priſca futura
Semper adeſt ſemperq; fuit ſemperq; manebit
In triplici uirtute ſui.tunc cœlitus illi
Per ſummum moniti contẽnere iuſſa tyranni:
Per loca mutati gradientes deuia callis
In patriam redière ſuam.ſic nos quoq; ſanctam
Si cupimus patriam tandem contingere:poſtq̃
Venimus ad chriſtum:iã nõ repetam⁹ iniquũ.

Innocentium cædes.

ERgo ubi deluſum ſe cõperit:impius irã
Rex aperit:ſi iure queat rex ille uocari
Qui pietate caret:propriam qui non regit iram:
Ereptumq; facinus gemens ſibi:ceu leo frendẽs:
Cuius ab ore tener ſubito collabitur agnus:
In totum mouet arma gregem:manditq; teritq;
Molle pecus.trepidæq; uocãt ſua pignora fœtæ:
Nec quicq̃ & uacuis implet balatibus auras.
Aut ſecus herodes chriſto ſtimulatur adempto.
Sternere colliſas paruorum ſtrage cateruas
Immerita nõ ceſſat atrox.quo criminis ſimplex
Turba perit?cur qui uix potuere creari:
Iam meruere mori?furor eſt in rege cruento
Non ratio.primoſq; necans uagitus & audens
Innumerum patrare negas.puerilia mactat
Milia plangoremq; dedit tot matribus unum.
Hæc laceros crines nudato uertice rumpit:
Illa genas ſecuit.nudum ferit altera pugnis
Pectus:& infœlix mater nec iam modo mater.
Orba ſuper gelidum fruſtra premit ubera natũ.
Quis tibi tunc lanio cernenti talia ſenſus?

Hunc numerũ.ſ.ternariũ hoc eſt perſonarũ trinitatẽ. Et tẽpora. ſignificant quoq; tria illa munera tria tempora huius ſeculi. In triplici virtute pfecta id eſt in trinitate perfecta: cui⁹ vnaqueq; pſona virt⁹ eſt. Celitus ab angelo. Callis mutati.i.vie anfractuoſe. Patriã.vnde per peccatũ primi hominis exulamus. Ad xpẽ.id quod fecerũt magi. Iniquũ.vt illi qui non redierunt ad herodem.

ERgo vbi. Herodes iratus quod magi ad ipſũ nõ redierunt.cepit ſeuire in infantes omnes inter quos credibile erat chriſtũ eſſe.ex Math.c.ij. Aperit irã.quã antea ſimulauerat.

Si iure.Color eſt correctio.q2 illũ regẽ appellauit. Pietate caret. cũ rex ita debeat ſubditos tractare.vt pater filios: non vt dñs ſeruos quod eſt tyrãni proprium. Nõ regit iram.Cũ rex a regẽdo dicatur primum ſe deinde alios. Facinus quo decreuerat magos xpmq; occidere.

Agnus collabitur.ideſt euadit

Molle pecus.i. timidum.

Foete.ideſt oues lactantes. alias grauide. Uergili⁹. Nõ inſueta graues tentabunt pabula foetas. Balatibus.quibus vocãt ſuos fetus. Stimulatur.irritatur. Strage immerita.quia infantes nihil tale merebantur.

Quo crimine. ideſt infantes quid peccauerunt vt perirent.

Uix creari. ideſt qui vix nati erant:& eſt vſitatus dicendi modus. Non ratio.quia in rege pro ratione volũtas eſt. Necans primos vagitat⁹.i.pueros in quos vagientes incidit. Unũ plãgorẽ. qui tñ ex multis plãgẽtib⁹ reſultabat. Infelix mater. Anteq̃ filius trucidetur. Nec iam nõ mater. Filio trucidato: ſed orba. ſic enĩ appellatur que filium amiſit. Gelidum natũ. i.mortuũ. Premit vbera.qua ſi illũ velit lactare. Quis tibi tunc.Ex Vergilij.iiij.eney.pene ad verbum. Quis tibi tunc dido cernentis talia ſenſus.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Quos ve dabas gemitus cũ feruere littora flammis. Proſpiceres arce ex ſumma totamq; videres Miſceri ante oculos tantis clamoribus equor. Tanio .i. o crudelis herodes ⁊ carnifex. Quis ſen ſus .q: neceſſe erat illũ ex ſceleris conſcientia torqueri. Aequor. Verg. ꝓ mari poſuit. hic vero ꝓ cãpo. quẽadmodũ .j. geor: At prius ignotũ ferro quã ſcindim⁹ equor. Quãuis abſens. Jã eñi fugerat in egyptum. Matth. c. ij. erat preſens ꝓpter illud qḋ ſequitur. Suſcipit ſancta pericula .i. ſibi imputat qḋ pro ſe alij patiunt. Sentit. illis cõdolens. ⁊ ſibi annumerãs.

Quos ue dabas gemitus:cũ uulnera feruere late
Proſpiceres arce ex ſumma: uaſtumq; uideres
Miſceri ante oculos tantis plangoribus æquor?
Extinctiſq; ſuis quamuis infantib⁹ abſens
Preſens chriſtus erat:qui ſancta pericula ſemper
Suſcipit:& pœnas alieno in corpore ſentit.

Ieſus duodecim annorum.

ASt ubi biſſenos ætatis cõtigit annos
Hoc ſpaciũ de carne trahẽs:æuiq; meatus
Humana pro parte tulit:ſenioribus eſſe
Corde uidebatur ſenior.legiſq; magiſtros
Inter ut emeritus reſidebat iure magiſter.

Chriſtus baptizatur a ioanne.

NEc mora (quas etiã uolitãs per tpa mũd⁹
Nouit hẽre moras) uſus maiore iuuẽta
Sex quaſi luſtra gerens placidã iordanis ad undã
Venit:ut acciperet hoc quod dare uenerat ipſe.
Hunc baptiſta potens ut uidit ab amne ioãnes:
Quẽ matris dũ uentre latet:nondũq; creatus
Senſerat: obſtruſo iam tunc ſermone prophetæ
Vt muto genitore ſilens:cui munera linguæ
Poſt noni tacitura diu ſpiramina menſis
Partu redduntur nato:mox predicat agnus
Ecce dei ueniens peccatum tollere mundi.

AStubi biſſenos. quo pacto ieſu puero duodecim ãnoꝝ a parẽtib⁹ in hieruſalẽ dimiſſo poſt triduũ cũ ſapientib⁹ in templo inuentus ex. ex Luca. cap. ij. De carne. i. qḋ ad hũanitatẽ ꝑtinet. Aeuiq; meat⁹. i. etatꝭ curſus. idẽ dicit. Corde. Sapiẽtia vñ cordati ſapientes ⁊ vecordes inſipientes. Emeritus magiſter. i. qui per offices gradus non modo a magiſterij culmẽ peruenerat: ſed tanq̃ emerit⁹ ⁊ extra oẽm ingenij aliam poſitus.

NEc mora. Quomõ ieſus venit ad iordanẽ vt baptizaret a Joãne. Ex Matth. ca. iij. Luce ca. iij. Nec mora. Nõ q̃ non fuerit mora a diſputatione duodenis xp̃i in tẽpli ad baptiſmũ ipſius qḋ fuit cũ eſſet triginta annoꝝ: ſed qḋ oẽs tp̃s eſt breue dicit Seduli⁹. quid vero xp̃s medijs illis duodeci annis egerit euãgeliſte nõ dicunt. Sex luſtra. i. triginta ãnos more vulgi ſupputando cuiq; luſtro quinque annos. Quod venerat dare. i. baptiſmũ. ab amne ioãnes. ſyllabã longã breuiãt in hoc nomine Joãnes. Ab amne. Juxta qḋ aut in quo erat alios baptizans: et eſt ordo. vt vidit ab amne: mox predicat. Ecce agnus dei. ⁊c̃. Nondum creatus. idẽſt natus. Obſtruſo ſermone prophete. idẽſt zacharie patris ſui gutture clauſe ne loqui poſſet. Fluens forte legẽdũ ſilens: quia muto patre nõ decebat vt filius loqueretur. Munera lingue. idẽſt officia reſtituuntur. Partu nato. id eſt filio in lucem edito. ⁊ hoc poſt ſpiramina noni menſis. Per quod tempus zacharias fuit mutus Tacitura diu. idẽſt per ſpacium illud nouimeſtre tacentia. Nam ex duobus gutturis officijs hoc eſt ſpiramine altero impedito vſus eſt altero. Ecce agnus dei. hoc ex Johanne capite primo inſertum ẽ. Peccatum mundi. Sic habetur in greco. ſic in codicibus antiquis latinis. non pctã ſenſus tñ idẽ:

Tollere cũ dicit:quod nõ habet hoc mihi tollit.
Nõ mala ut ipſe gerat:ſed ut illa nocẽtia perdat.
Qualiter in medias cũ lux præclara tenebras
Funditur & proprium non obfuſcata ſerenum
Decutit expulſas illæſis uultibus umbras:
Sic delicta fugans ſaluator noſtra gerendo
Terſit:& a tactu procul euaneſcere iuſſit:
Tum uada torrentũ ſimplex ingreſſus aquarum
In ſe cũcta lauat noſtræ contagia uitæ:
Ipſe nihil quod ꝑdat habens: ſanctoq; liquentes
Corpore mundauit latices:limphaſq; beauit
Gurgitis:& propriis ſacrauit flumina membris.
Senſere elementa deum.mare fugit: & ipſe
Iordanis refluas curſum conuertit in undas.
Nãq; ꝓpheta canẽs qdnã ẽ mare: qd fugis inqt?
Et tu iordanis retro quid ſubtrahis amnem?
Ergo ubi fluminei poſt myſtica dona lauacri
Egrediens ſiccas dominus calcauit arenas:
Confeſtim patuere poli:ſanctuſq; columbæ
Spiritus in ſpecie chriſtum ueſtiuit honore:
Manſuetumq; docet:multũq; incedere mitem
Per uolucrem quæ felle caret. natoq; uocato
Voce patris triplex deus hac ratione probatur:
Quod pater & nat⁹ quod ſpirit⁹ eſt ibi ſanctus:
Quo manet indignus q non numerauerit unũ.

Ieſus tentatur a diabolo.

INde quaterdenis iam noctibus atq; dieb⁹
Ieiunum dapib⁹ ſacro ſpiramine plenum
Inſidiis temtator adit:doctuſq; per artem
Fallaces offerre dapes ſi filius inquit
Cerneris eſſe dei:dic ut lapis iſte repente

Tollit mihi. i. a me. Qualiter Cõparatio eſt q̃ quẽadmodum lux expellit tenebras ipſe nihil habens in ſe tenebricoſum: ita xp̃s peccata mũdauit nullũ habẽs ipſe peccatũ. Proprium ſerenum. i. ſerenitatem. Illeſis vultibus. i. ſine vlla lucis. offenſione. Procul a tactu. i. a cõtagione ipſius. Simplex ingreſſus. i. xp̃s ſolo ingreſſu. Vada aquaꝝ torrentũ. Aquarũ ſupplẽda eſt in propoſito aut legendũ. tũ in vada. In ſe. Dũ ipſe lauatur. Quod perdat. Non peccatum. non aliquid aliud. Refluas. idẽſt retro hoc eſt in fontem fluentes. propheta pſalmo. cxiij. Quid eſt tibi mare quod fugiſti ⁊ tu iordanis: quia conuerſus es retrorſum. Myſtica dona. Que deſignabant baptiſmũ qḋ poſt paſſionẽ oẽs lauãdi erant. Arenas ſiccas. que erant ad iordanis ripam. Veſtiuit chriſtũ honore: quaſi nudum ex baptiſmo: ſpiritus ſanctus in columbe ſpecie veniens obumbrauit illum. quod vero dicit honore: ad patris verba honorificata referendum eſt. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui. per volucrem que felle caret. Sic enim vulgo perſuaſum eſt columbam felle carere: que vel ex ea cauſa mitis et placida eſt auis. Natoq; vocato. Senſus eſt ex hoc probatur deum eẽ triplicem. idẽſt trinum in perſonis: q̃ ſuperueniẽte ſpiritu ſancto in columbe ſpecie: pater appellat filium dicens. Hic eſt filius meus dilectus. Vnum. ſcʒ deum in ſubſtantia vel eſſentia.

INde quaterdenis. Quomõ poſt baptiſmũ ieſus tẽtatur a diabolo. ex Matth. cap. iiij. et Luca capite. iiij. Plenum ſacro ſpiramine. idẽſt ſpiritu ſancto: a quo ductus eſt in deſertuʒ Inſidijs. i. inſidiãs vel ex inſidijs. Temtator. qui grece diabolus huius ẽ calũniator interpretatur Per artem. idẽſt per dolum. quo ſemper vtitur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

In panis uertatur opem.miracula tanq̄
Hæc eadē non semper agat?qui saxea terræ
Viscera frugiferis animans fœcundat aristis:
Et panem de caute creat.hac ergo repulsus
Voce prius:hominem non solo uiuere pane
Sed cuncto sermone dei:labefactus & amens
Altera uipereis instaurans arma uenenis
Cum domino mōtana petit:cunctaq; per orbē
Regnorum monstrauit opes hæc oīa dicens
Me tribuente feres:si me prostratus adores:
Quantū peruersus tantū peruersa locutus.
Scilicet ut fragiles regni affectaret honores:
Qui populis æterna parat : mōstrumq; nefandū
Pronus adoraret:cuius super æthera sedes.
Terra pedū locus est.quē nullus cernit: & omnis
Laudat in excelsis summissa uoce potestas.
Christus ad hæc.tantum dn̄m scriptura deumq;
Iussit adorare.& soli famularier uni.
His quoq; deficiens:congressibus audet iniquis
Ter sese attollens animo perstare superbo
Terq; uolutus uno fragili confidere bello
Tunc asumpsit eū sanctā sceleratus in urbem.
Et statuens alti supra fastigia templi
Si natum genitore deo tute asseris inquit
Impiger e summo demissus labere tecto
Nam scriptura docet: de te mādasse tonantem
Angelicis subuectus eas ut tutior ulnis
Ad lapidem ne sorte pedem collidere possis

In opem panis.i. in panē quo ieiuno uentri opituleris. Tan̄q̄ nō semꝑ. q̄si uelit dicere Sedulius.quotidie h̄ agit. Uiscera terre saxia.i.trā saxis ꝑmixtā. Aristis frugiferis.ꝓspicis posuit.cū in culmo nihil sit fructuosius arista. Hac voce.s.nō in solo pane viuit hō.tc̄. Labefactus.i. ꝯmotus ⁊ labās.h̄ est dubitās q̄d faceret Altera arma.i.consilia. Verg.ij.en̄.Et q̄rere cōscius arma. Vipereis venenis.q: nihil nisi q̄d mortiferū est cogitat in hoīem. Petit mōtana.Sedulius in hoc ordine tētādi lucā seq̄tur.Que preꝑostere matheus ꝑsequit. Quātū peruersus.q: q̄lis quisq; est talia loquit. Scilicet. Verba sūt autoris ironice ꝓferēda.q̄d per particulā.s.designat. Verg. Scilʒ is sup̄s labor est. Sup ethera sedes. Iuxta illud psal.x.Dn̄s in celo sedes eius. Esaie vlti. Celū mihi sedes est: terra autē mihi scabellū pedum meorū. ⁊ illud Matth. cap.v. Nō iurare neq; per celum.quia tronus dei est. neq; ꝑ terrā:q: scabellū pedū eius est. Quē nullus cernit. Ioānis ca. j. Deū nemo vidit vnq̄. Omnis potestas. ⁊ per potestates intellige reliq̄s omnes ordines. Voce summissa. Psalmo . lxiiij. Te decet hymnus deus in syon . pro quo in hebreo silentium sion habet. Scriptura. Deuterono.capi. vj. Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua tc̄. His quoq;. Superioribus duabus tēranda vijs. Iniquis cōgressibus.q: non erant ad certandum pares. Ter.idest tertio. Audet perstare.idest rebellare.⁊ confidere in malam partem.et est Vergilij imitatio ex quarto eneyd. Ter . sese attollens cubitoq; innixa leuauit : ter reuoluta toro est. In vrbem sanctam . quia in ea erat templum ⁊ verus dei cultus. Fastigia. quod euangeliste dicunt pinnaculū Mattheus Lucas pinnam que est summitas muri.vel alterius rei. Nam scriptura docet. Psal.xc. Quoniam deus mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te:ne forte offendas ad lapidem pedē tuū. Ulnis angelicis.i. intra ꝯplexū brachioꝝ.

O q̄ cæcā gerit nigro sub pectore corda
Mens tenebris obscura suis.hunc ardua templi
Culmina & erectæ quis fastigia pinnæ
Credidit in præceps horrescere: maxima summi
Curuauit qui membra poli:cæłosq; per omnes
Vectus in extremæ descendit humilima terræ
Inferiora petens & non excelsa relinquens
Dixerat & ualidi confossus cuspide uerbi
Quod temptare suū dominūq; deūq; nequiret
Victoris fugit ora gemens.tunc hoste repulso
Cœlicolæ assistunt proceres:coetusq; micantes
Angelici christo famulantur rite ministri.

Prima discipulorum uocatio.

PRotinus ergo uiros ex piscatoribus aptos
Humanas piscari aīas:q̄ lubrica mundi
Gaudia sectantes tanq̄ uaga cærula ponti
Cæcaq; præcipites tranant incerta profundi
Discipulos iubet esse suos.talesq; supernæ
Conciliat uite:quos non uentosa loquendi
Gloria:nec uana de nobilitate superbus
Sanguis alit:sed fama tacens humilisq; refulgēs
Mente nitor cœlo faciat de plebe propinquos
Nam qui de stulta potens elegit & infima mūdi
Fortia confringens deus & sapientia perdens

Docet discipulos orare.

QVin etiā celerem cupiens conferre salutē
Orandi præcepta dedit:iudexq; benign?.

Mentis obscura qualis est diaboli. Ceca corda sub pectore nigro.duplex metonymia est.pectus pro corde ⁊ cor pro mente.que oīa in diabolo nigra atq; deprauata sunt. Hūc ardua templi. Ordo est dia bolus credidit hunc.i.christum. Horrescere.i.timere.Ardua culmina tēpli. In preceps.i.in precipi tium subaudi posita. Et fastigia pinnae.i.pinnaculi. Quāuis erecte.i.q̄trūuis ardue. Curauit mēbra poli. Cū carnē accepit.ex psal.xvij. Inclinabit celos ⁊ descender. Humilima terre.i.in terra que omnibus mundi partibus inferior est. Inferiora.i. humanitatem. Excelsa.i.diuinitatē Cōfossus cuspide ṽbi. i. saluatoris responso victus. Quod nequiret.i.nō deberet. Victoris.s.xp̄i. Celicoli proceres.idest angeli. Ministri cetus angelici micā tē.Idē dicit alijs verbis. PRotinus ergo. Q̄ ambulās iesus iuxta mare galilee vidit duos fratres Petrum ⁊ Andream ⁊ paulopost Iacobū ⁊ Ioannē filios zebedei: quos omnes quattuor in discipulatum vocauit ex Math.ca.iiij. Protinus non statim post diaboli temtationem . q: postea redijt in galileam ⁊ moratus est capharnaū.⁊ inde vocauit discipulos. Ergo protinus.i.paulopost. Uiros ex piscatoribus.Ordo est.Iubet esse suos discipulos viros ex piscatoribus aptos piscari animas humanas.que.s.anime. Tanq̄ cerula vaga. idest maria spaciosa huius mūdi. de quo in psal. ciij. Hoc mare magnū ⁊ spaciosum. Tranāt precipites.i. mēte perturbati quasi natando errant. Tales.q.d.simplices.mites humilesq;.Gloria loquendi.i.nō oratores ⁊ philosophos. Superbus sanguis.i. generosus q̄ facit hoīes superbos. Fama tacēs.i.obscura ⁊ nō celebris. Nitor refulgens mente.i. quoꝝ celebritas tota est in aīo. De plebe.i.de infima cōditione. Stulta ⁊ ifima mūdi. Ex pa. corin.c.j. Perdēs sapientia.i.sapientes huius mundi.perdam inquit sapientiam sapientium. QUin etiam.Docet quemadmodum discipuli debeant orare ⁊ exponit oratione dominicam. hoc est Pater noster. Ex Mattheo capite.vj. ⁊ Luca.xj. Celerem salutem breuiter orando quam celeriter prestabit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Indulgenda peti breuiter iubet:ut cito preſtet.
Sic dicens.orate patrem baptiſmate noſtrum
Iure ſuum propriūq; homini conceſſit honorē.
Et quod ſolus habet cunctos permiſit habere
Quid dominū cœli patrem memoramus in ipſo
Iam fratres nos eſſe decet:nec origine mundi
Germanum tractare odium:ſed ſpiritus igne
Flagrantes abolete doli monumenta uetuſti.
Atq; nouū geſtare hominem:ne forſan ab alto
Degenerent terrena deo:cui nos duce chriſto
Fecit adoptiuos cœleſtis gratia natos
Sanctificetur ubi dominus : qui cuncta creando
Sanctificat:niſi corde pio: niſi pectore caſto.
Vt mereamur eum nos ſanctificare colendo.
Annuat ipſe prior:ſicut benedicier idem
Se iubet a nobis:a quo benedicimur omnes
Adueniat regnum iam iam:quod:ſcilicet illud
Morte uacans.& fine carēs.cui nulla per æuum
Tēpora ſuccedunt:quia neſcit tempus habere:
Continuus ſine nocte dies . ubi principe chriſto
Nobile perpetua caput amplectente corona
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.
Hoc iugibus uotis hoc nocte dieq; precemur:
Illius vt fiat cœlo terraq; uoluntas:
Qui nuſq̄ uult eſſe nefas:hoſtemq; nocentem.
Vtq; polo ſic pellat humo.nec corpa noſtra
Tanq̄ uile ſolum ſæuus ſibi uindicet hydrus:
Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans

Indulgenda.i.concedenda. Baptiſmate. Quo facti ſumus filiꝰ filij adoptiui. Iure ſuū. idest per naturā. Propriū ho norē.i.filiationis cōmunicauit nobis. In ipſo fratres. Qz ſi fi lijs dei patris ſumꝰ ergo xp̄i fra tres. Germanum odium. Ad il lud referendū q̄ cain abel fratrē occidit. Origine mundi.ſupplē da eſt prepoſitio in vel ab. Spi ritus igne.i.amore. Nouum geſtare hominem. Ad epheſios iiij. Induite nouū hoīem qui ſe cundū deum creatus. Terre na degenerent a deo.ideſt homi nes deſināt eſſe filij dei : cui gra tia chriſti fecit nos filios adopti uos. Sanctificetur vbi. Se cunda petitio. ⁊ legendum inter rogatiue.q.d. Nuſq̄ ſanctifican dus eſt niſi in corde puro. An nuat ipſe prior. Senſus eſt vt nos poſſimus illū ſanctificare: ipſe prior debet nos ſanctifica re per gratiam preueniendo. vt cum nos illum ſanctificaueri mus in nobis:tunc ille ſanctifi cet nos in ſe. Sicut benedici er idem. Per ſimilitudinem lo quēdi modum exponit quod de ſanctificatione dixit. Adue niat regnum tuum.Tertia peti tio que eſt retributio iuſtorum. Quod ſubaudi regnū ad quod ipſe reſpondet. Uacans mor te.i.immortale. Fine carens. ideſt interminabile. Nulla tē pora. Quia illius duratio non menſuretur tempore. Si ne nocte dies. Quia ibi nulla eſt viciſſitudinis obumbratio . ſed lux quedā inacceſſibilis de qua prima Timo.capite ſexto. Prin cipe Chriſto. Qui eſt caput eccle ſie cuius nos ſumus membra.
Nobile caput.ideſt nobili tatum. Premia opima.ſicut ſpolia opima dicebantur que de rege victo ferebat rex victor.
Utq; polo ſic pellat humo .id eſt Sicut in celo ⁊ in terra.ideſt ſicut in anima nuſti ita ⁊ in carne:quod ſtatim declarat dicens. Nec hydrus ſeuus . ideſt ſerpens antiquus. Uindicet ſibi.ideſt appropriet. Tanq̄ vile ſolum.ideſt terram inertem ⁊ alludit ad ſerpentis naturam que terra veſcitur vt dicit Uergilius.nigris eſachelydris.

Omnipotens animas pariter conſeruet & artus.
Altera pars etenim cœli ſumus altera terræ.
annonam fidei ſperemus pane diurno:
Ne mens noſtra famen doctrine ſentiat unq̄
A chriſto ieiuna ſuo:qui corpore & ore
Nos ſaturat ſimul ipſe manens uerbūq; cibuſq;.
Dulcia nā domini noſtris in faucibus hærent
Eloquia:exuperantq; fauos atq; omnia mella.
Debita laxari qui nobis cuncta rogamus:
Nos quoq; laxemus:proprii nam cautio uerbi
Spondentes manifeſta tenet: grauiuſq; ſoluti
Nectimur:alterius ſi ſoluere uincla negamus.
Incipietq; pius decies millena talenta
Dimittans dominus:ſi nos affligere propter
Denarios centum conſeruum ſenſerit ullum:
Tradere confeſtim tortoribus:namq; feroci
Carcere conſtricti non permitemur abire:
Donec cuncta breuem reddamꝰ adusq; q̄drantē
Non quod nos dominus lucis uia ſemita pacis
In laqueos tentantis agat:ſed cum mala noſtra
Deſerit:ire ſinit.nam quiſquis retia mundi
Delicioſa ſequens luxus & gaudia blandæ
Perditionis amat:deus hunc uirtutis amator
Linquit & ingreditur qua ſe tentatio ducit.
Ab hac ergo pedem retro faciamus:& arctum
Corde petamus iter.tenuis qua ſemita monſtrat
Ire per anguſtam regna ad cœleſtia portam.
Si cupimus uitare malum:debemus adire
Sectariq; bonum.hic quia liberat:ille trucidat

Alias ⁊ artus. Que per celum ⁊ terrā intelligunt. Annonā fi dei. Que p panē cotidianū intel ligit ſiue diurnū: ⁊ eſt q̄rta peti tio. Ieiuna a xp̄o.i.illiꝰ expꝰ ⁊ vacua. Corpe ⁊ ore.i.ſui corpis ſacramēto ⁊ verbi predicatiōe.
Uerbū ⁊ cibꝰ quorū vtrūq; ad aie refectionē pertinet. Dulcia nam dñi.ex pſalmo.cxviij. Quā dulcia faucibus meis eloq̄a tua ſup mel ori meo. Debita laxari Quinta petitio eſt. Eſt aūt laxa ri debita.i.ꝯdonari ⁊ remitti no bis pc̄a noſtra.q̄bꝰ eramꝰ obno xij atq; deuincti . nā laxare eſt qđ vinctū ē ſoluere. Laxemus. ſubaudi ijs qui nos offenderūt.
Nā cautio.i.inſtrumentū ſiu e cōtractꝰ corā tabellione ⁊ teſtibꝰ in quo q̄s ſe obligauit. Tenet ſpondentes.i.obligat. Soluti. i.venia cōdonati Uincula alte rius.i.alterꝰ venia ꝓſequi. In cipietq; pius . hoc ex euangelio Matth.c.xviij.De dño q̄ remi ſit ſuo debitori decē mille talēta ſiq; deinde ꝯſeruū debētē ſibi cē tum denarios cogebat vt redde ret. Tradere. Ordo eſt incipi et tradere nos tortoribꝰ. Abi re.ſ.ex carcere. Ad breuē qua drantem:ideſt nouiſſimū vt euā geliſta dicit. Nō quod nos . hec eſt ſexta petitio.Dñs lucis.q̄ di xit.Ioā.viij. Ego ſum lux mūdi Semita pacis.De q̄ luce.ſ. Ad dirigēdos pedes nr̄os in viā pa cis. In laqueos tentātis.i. dia boli.p̄ma Timoth.vj. Mala nr̄a.i.nos q̄ mali ſumꝰ. Ire ſi nit.Tanq̄ deſperās de nr̄a ſalu te. Nā quiſquis.pluribꝰ v̄bis adhuc exponit:qđ dixerat. Qua tētatio ducit : qz derelictꝰ a deo trahit aut ducit ad cōcupiſcētia ſua. Ab hac.ſ.tentatione. Ar ctū iter . qz arcta eſt via q̄ ducit ad vitam . Matthei capite.7. Que ſententia ſimilis illi apud heſiodum. Sudorem poſuere di ci virtutis ad arces. Deinde ſub dit ſeptimā petitionē dicēs. Si cupimꝰ vitare malū . Iuxta illđ pſalmographi.Declina a malo ⁊ fac bonū:ſz h̄ gn̄i maſculis malū ꝓ diabolo bonū ꝓ deo accipe debemꝰ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Hic alit:ille necat.nam quantũ ſydera terris:
Ignis aquis:lumen tenebris:concordia bellis:
Vita ſepulturis:tantum bona longius abſunt
Diſſociata malis.dextrum cuicumq̈ neceſſe eſt
Aut leuum gradiatur iter.ſed dextra bonorum
Semita conſpicuos uocat in ſua gaudia iuſtos
Inq̈ tuos patriarcha ſinus.At leua malorum
Exercet pœnas:& ad impia tartara mittit.
Ergo agnis ouibuſq̈ dei eſt hæc ſola uoluntas
Et bona libertas:euadere torua cruenti
Ora lupi:uitaq̈ frui per paſcua chriſti.

Cœlii Sedulii mirabilium diuinorum.
Liber tertius.

Aquæ in uinum mutatio.

Ría ſuæ dñs thalamis dignat⁹ adeſſe
Virtutẽ documẽta dedit:cõuiuaq̈ pñs
Paſcere nõ paſci ueniẽs mirabile fuſas
In uinum conuertit aquas. admittere gaudent
Pallorem latices.mutauit læta ſaporem
Vnda ſuum largita merum:menſaq̈ per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula muſto
Impleuit ſex ergo lacus hoc nectare chriſtus
Quippe ferax qui uitis erat uirtute colenda
Omnia fructificans.cuius ſub tegmine blando
Mitis in occiduas enutrit pampinus uuas.

Reguli filius curatur.

Egulus at nato quidam moriẽte rogabat
Flebilis & ſupplex dñm.quo uiſeret ægrũ
Febre laborantẽ puerum:trepidamq̈ uetaret

Nam quantũ ſydera terris. cõparationes ſunt note. Dextrum aut leuuz iter. vt dextrum ſit bonoꝝ leuũ malorũ. Perſi⁹. Surgẽtẽ dextro mõſtrauit limite callẽ. Patriarcha.ſ.o abraã In tuos ſinus.quo iuſti deſcẽdebãt ante paſſionẽ ſaluatoris. nũc xp̃o ꝑ ſinus abraã intelligimus regnuz celorum: quo duce xp̃o ꝛ ipſe peruenit. At leua maloꝝ.ex Verg. vj.eñ.eſt ſumptũ. Eſt h̃ volũtas.ſ.eſſe debet. Bona libertas. q: quẽadmodũ qui facit pctm ſeru⁹ eſt pcti. ita ediuerſo q̈ ſeruit deo liber eſt xp̃a libertate:ad quã ſequit̃ gehẽne fuga ꝛ eterne btitudinis cõſecutio.

PRima ſue dominus. Quomodo ieſus vocatus ad nuptias in cana galilee cuz matre ꝛ diſcipulis: deficiente vino aquam in vinum mutauit.ex Joanne capite ſecundo. Thalamis.ideſt nuptijs. Documenta ſue virtutis.ideſt experimenta ſue potentie. Mirabile Interiectio eſt pro res mirãda. Aquas fuſas. Intellige in hydrias. Pallorem.qui color eſt vini optimi in genere vini albi. giluũ appellat A gelli⁹. Unda leta.Cum tranſiret in aliã ſpeciẽ. Rubuerũt. ideſt in vinũ rubꝛuz mutata ſunt: vt quedam ex hydrijs aque in vinum giluum q̈dã in rubꝛũ mutata ſint. Nõ nato muſto.ideſt non natiuo.nam alias ex muſto fit vinum. Sex lacus. Lac⁹ pꝛopꝛie ſunt receptacula illa in que deſluit muſtũ ex torculari.ſed hic pro hydrijs poſuit. Hoc nectare.i.vino celeſti.nã nectar potus deoꝝ eſt. Vitis ferax. Joã.xv. Ego ſuz vitis vera. Virtute colona. i. virtute ꝛ poteſtate ſua agricolãte. Pampinus mitis.i. vir iuſtus ipſo dicente: ego ſum vitis ꝛ vos palmites. Sub cuius tegmine.ideſt protectione: quia palmes niſi in vite non viuit.

REgulus. De filio reguli a ſaluatore noſtro capharnaum ſauitati reſtituto.ex Joanne capite.iiij. Quo viſeret.pro vt viſeret.

Labi animamq̈ de ſede ſua.tunc larga poteſtas.
Credenti quæ nulla negat:nec dona retardat
Velocem comitata fidem:ſermone ſalutem
Concedens facili uiuit iam filius inquit.
Perge tuus.quantum imperii fert iuſſio chriſti
Non dixit uicturus erit: ſed iam quia uiuit.
More dei:qui cuncta prius q̈ nata uidendo
Præteritum cernit: quicquid uult eſſe futurum.
Inde ſalutiferis incedens greſſibus urbes
Oppida.rura.caſas.uicos.caſtella peragrans
Omnia depulſis ſanabat corpora morbis.

Leproſus mundatur.

Cce autẽ mediæ clamãs ex agmine turbæ
Leproſus poſcebat opẽ:uarioſq̈ per art⁹
Plus candore miſer.ſi uis domine inquit ab iſtis
Me maculis mũdare potes:uolo chriſtus ut inqt
Confeſtim redit una cutis proprioq̈ decore
Læta peregrinam mutarunt membra figuram
Inq̈ ſuo magis eſt uix agnitus ille colore.

Socrus petri curatur a febre.

Orte petri ualidæ torquebat lãpadis æſtu
Febris anhela ſocrũ: dubioq̈ i funere pedens.
Saucia ſub gelidis ardebat uita periclis.
Immenſuſq̈ calor frigus lœtale coquebat
At poſtq̈ feſſos domini manus attigit artus.
Igneus ardor abit:totiſq̈ extracta medullis
Fonte latentis aquæ cecidit uiolentia flammæ.

Demoniacos curat.

Animã trepidã.quia cuiq̈ viuere ipm dulce eſt. De ſede ſua ſ.de corpore quod eſt quaſi anime domiciliũ. Nulla nega.q: fidelis nihil poſtulat niſi quod honeſtuz eſt. Comitata fidẽ.q: dona ſtatim ſequñtur credentes Facili ſermone.ſ.ſolo verbo. Perge. Per parentheſim dictum eſt.i.vade ꝛ vide an ita ſit. Quantũ imperij. Per admirationem legendum eſt.i.quam imperioſa eſt. Prius quã nata vidẽdo. Videtur ſedulius intelligere quod cum ſaluatoꝛ noſter dixit regulo filius tuus viuit nõ ſtatim ſanatus eſt ſꝫ poſtea. ex eo quod iam erat illi preſens ſiue preteritum quod apud alios erat futurũ. ſed ex euangeliſte cõtextu facile colligitur quod qua hora dixit filius tuus viuit: eadem ꝛ ſanat⁹ eſt. Urbes. Omne oppidum eſt vrbs preter romã.que non eſt oppidũ. Rura que coluntur. Caſas. Tuguria in agris. Vicos qui muro nõ ſunt circũdati ſicut caſtella que ſunt muro cincta.

ECce autẽ. Quõ deſcendente Jeſu de mõte vbi longũ ſermonẽ fecit:mundauit leproſum Ex Matth.c.viij.ꝛ Luca.ca. v. Pl⁹ miſer cãdore miſer.i.lepꝛa cãdida: quã latini vitiliginem greci alphon vocant propꝛie.nã lepꝛa omnis feda cutis defoꝛmatio eſt. Ut chriſt⁹ inquit.i. dixit volo mũdare. Una cutis. i.cõtinuata ꝛ vnius coloꝛis. Figuram peregrinã.i.aduenticiaꝫ ꝛ non propꝛiã. Magis in ſuo coloꝛe. ideſt propꝛio ꝛ naturali. Uix eſt agnitus.ab ijs qui illuz antea cognoſcebant.

FOrte petri. Socrũ Simonis petri febricitãtẽ dñs ꝑ impoſitionẽ manus curauit.Ex Mattheo ca.viij. Luca.ca.iiij. Aeſtum lampadis.i. caloꝛe febris. Febris anhela.i.q̈ illam pre nimio caloꝛe cogebat. Anhelare.ideſt crebꝛos ſpũs ducere. Peridis gelidis.i: mortiferis. Vergi. Et cum frigida mors ãia ſubduxerit artus. aut ad hoꝛroꝛem qui febrẽ precedit referendũ eſt. Unde ſubdit frigus letale cogebat. Fõte latentis aque.i. chriſti.qui eſt fons aque ſalientis in vitam eternam. Joannis capite quarto.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Qui etiam. Quod ſaluator noſter demonia habẽtes et varijs languoribus egrotantes curabat. Ex Mattheo cap. iiij. Spirituũ nigroꝝ. i. demonum. Opis dei. i. hois. Quem norat non eſſe deum: quid ſi legas nõ eſſe reuꝫ: idest culpa dignum vt ſtet ſenſus. Ut prius. i. queãd modum ⁊ prius fecit.

Inde marina. Quomodo xp̃i in naui dormiente ingruit tempeſtas valida: q̃ a diſcipulis excitatus tempeſtatem ſedauit. Ex Mattheo cap. viij. ⁊ luca. viij. Marina. littora maris. Algas arentes. Quas vnde ad littus appulerant. Conſcendens robora cymbe. idest cymbã roboream proprie aut ligneaꝫ ſi largo modo accipiatur. Librabant carbaſa. idest moderabant vela carbaſina. eſt aũt carbaſus lini quoddam genus. Ponto placido. idest tranquillo. Puppis ſecura acta flabris. idest impulſa ventis: a flando dicta flabra. Fera hyems. idest tempeſtas valida. Uergilius. noctem hyemẽq; ferẽs. Uertitur. Miſcetur et perturbatur. Uada ſalſa. idest maria dicta quod per ea naufragantes vadant.

Perculerat. idest perturbauerat. Naufraga brachia. idest ipſi naufragi. Tẽdere. i. natãdo iactare. Maieſtate vigil. quia dormiebat humanitas ⁊ vigilabat diuinitas. Canticoꝝ. v. Ego dormio ⁊ cor meũ vigilat.

Quia non dormitat. ex pſalmo. cxj. Non dormitabit neq; dormiet: q̃ cuſtodit iſrael. Quies. idest ſomnus quemadmodũ vigilia eſt labor. Uergilius. Dulcis ⁊ alta quies. Nil vota moratus. idest non expectans vt diſcipuli conciperent vota naufragorum more. Miteſcere imperat. idest vt miteſcant. Dicto citius. idest breuiori tempore quam dici poſſet. ⁊ eſt Uergilij. j. eneyd. Sic ait ⁊ dicto citius tumida equora placat. Non erat. Senſus eſt. quod illa ventorũ mariſq; cõcitatio nõ ſeuire volebãt in chriſtũ: immo geſtiebãt illi inſeruire atq; obſequi imperio illi⁹. Audacia pugnax. i. vt pugnaret. Uires truces. i. terribiles. Flamina. idest vẽtos. vt ſupra flabra.

Qui etiam rapidas nigrorũ depulit iras
Spirituum: ne flat⁹ atros laceraret iniqua
Peſte homines: operiſq; dei uexaret honorem
Quem norat non eſſe deum. paſſimq; cateruas.
Vt prius innumeras pulſo langore ſaluti
Reddidit: & uaria populos a clade leuauit.

Tempeſtas ſedatur.

Inde marina petens arentes greſſib⁹ algas
Preſſit: & exiguæ cõſcẽdẽs robora cymbæ
Aequoreas intrauit aquas. dominũq; ſequentes
Diſcipuli placido librabant carbaſa ponto.
Iam procul a terris fuerat ratis: actaq; flabris
Sulcabat medium puppis ſecura profundum
Cum ſubito fera ſurgit hyẽs: pelaguſq; procellis
Vertitur: & trepidã quatiunt uada ſalſa carinam
Perculerat formido animos: ſeſeq; putabant
Naufraga littoreis iam tendere brachia ſaxis.
Ipſe autem placidum carpebat pectore ſomnum
Mageſtate uigil. quia non dormitat in æuum
Qui regit iſrael: nec prorſus dormiet unq̃.
Ergo ubi pulſa quies: cunctis clamantibus una
Voce ſimul miſerere citus: miſerere perimus.
Auxilio ſuccurre pio: nil mota moratus
Exurgens dominus ualidus miteſcere uentis
Imperat: & dicto citius tumida æquora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti
In dominũ: tumidaſq; quæ ſurgere cogeret undas
Nec metuenda truces agitabant flamina uires:

Exiliens xp̃o. i. pre nimia leticia illi exultãs. Imũ fretũ. i. ab imis ſedib⁹ mare profundũ. Obſequio. i. vt illi obſequat. Gaudia ventoꝝ. i. venti gaudentes. Mouerũt pẽnas. venti nãq; a poetis finguntur alas habere. Iuuenalis. Nam dũ ſe cõtinet auſter dũ ſedet ⁊ madidas ſiccat in carcere pennas.

Interea. quo pacto ſaluator noſter in terra geraſenoꝝ duos demonia habentes liberauit. Ex Mattheo cap. viij. Placido. marmore. i. mari vt ſupra. Uiri proſiluere. ſcilicet illi duo demoniaci. atqui Marcus ⁊ Lucas vnum tantum dicunt. Quos nõ mala. Repete ab inferiorib⁹ vexabãt. Pauco demone. i. pauci demones mali. Legio atrox. i. tanta multitudo quanta ex militũ in legione. Geſtabant vincla. nõ tunc q: ruptis vinculis eo cõfugerãt. vt Luca ca. viij. ⁊ Marcus. ca. v. narrant. Pena duplex. ſ. demonũ ⁊ vinculorum. Magis ligatur. cũ furioſi ne vim inferant vinciri debeãt: hi qui vim patiuntur: magis ligantur. Effigiem. i. oris vultuſq; maieſtatẽ. Sed pecus. Ordo eſt. Sed petiere pecus. Gaudẽs lue immũda. i. gregẽ porcorum. Amicum ſordib⁹. Hora. Uixiſſet canis immũd⁹ vel amica lutoſus. Phalãges. i. legio illa. Liui⁹. Phalãges ligua macedonũ appellãtur cunei. Uegetius phalangẽ dicit hic tria milia armatorũ. Niger hoſpes. i. demõ ſiue genius niger.

Hinc alias. quo pacto cũ veniſſet Ieſus in patriã ſuaꝫ nazareth ſiue capharnaũ curauit paralyticum. Ex Mattheo c. viij. atq; alijs tribus. Natale ſolũ. i. in patriã: ſed Marc⁹ ca. ij. dicit. hoc factum eſſe capharnaum. Mattheus nazaret videtur innuere: cũ dicit patriã ſuaꝫ cui aſtipulatur Seduli⁹. Sunt qui dicãt capharnaũ dñi patriã propterea quod erat ciuitas metropolis galilee. ⁊ vt Hieronymus ait miraculorũ domini familiaris. Naſci corpe. Atqui in bethleem natus eſt non nazareth. aut capharnaũ. ergo naſci pro cõcipi ⁊ educari accipiendũ eſt. Pater ipſe. cũ dicit Matthei ca. ij. Qm̃ nazare⁹ vocabit. Uiuũ iamq; cadauer. i. paralyticũ q̃ ⁊ ſi viuit non habet viſum membroꝝ. Bis bina ceruice. i. q̃tuor viri ceruicibus illũ portantes. Iuue. Cum iam ſexta ceruice ferat.

Sed lætum exiliens chriſto mare compulit imũ
Obſequio feruere fretum: rapidoq; uolatu
Mouerunt auidas uentorum gaudia pennas.

Duo dæmoniaci liberantur.

Interea placido trãſuect⁹ marmore puppi
Liqueat: & medios luſtrabat paſſib⁹ agros:
Cum procul e tumulus gemino ſtridore ruentes
Proſiluere uiri: quos non mala dæmone pauco
Sed legio uexabat atrox: nexuq; cruento
Seua catenatis geſtabant uincla lacertis.
Angebat quoq; pœna duplex: en dira furoris
Conditio: qui uim patitur magis ille ligatur.
Tunc domini precepta tremens exire iubentis
Spiritus infœlix hominem non audet adire
Effigiem reuerẽs: quam chriſtum cernit habere.
Sed pecus immũda gaudens lue ſemper amicũ
Sordibus atq; glido couſuetum uiuere cœno
Pro meritis petiere ſuis. triſteſq; phalanges
Porcinum tenuere gregẽ. niger. hiſpidus. horrẽs.
Talẽ quippe domũ dignus fuit hoſpes habere.

Paralyticus curatur:

Hinc alias dñs pelago delatus in oras
Intrauit natale ſolum: quo corpore naſci
Se uoluit: patriamq; ſibi pater ipſe dicauit.
Ecce aderant uiuum portantes iamq; cadauer
Bis bina ceruice uiri: lectoq; cubantem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vix hominē: cui uita manens ſine corporis uſu
Mortis imago fuit. reſolutaq; membra iacebant
Officiis deſerta ſuis.fluxoſq; per artus
Languida demiſſis pendebant uincula neruis.
Hunc ubi uirtutū dominus conſpexit egentē:
Robore peccatis primum confirmat ademptis
Quæ generant augmenta malis: miſeroq; iacēti
Surge ait:& proprium ſcapulis attolle grabatū:
Inq; tuā deſcende domum.nil iuſſa moratus
Cui fuerat conceſſa ſalus:ueſtigia linquens
Tandem aliena ſuis lætatur uadere plantis.
Vectoremq; ſuum grata mercede reuexit.

Iairi filia mortua reſuſcitat & hemoroiſſa curat

Principis interea ſynagoge filia clauſo
Fūcta die ſuperas moriēs amiſerat auras.
At genitor:cui finis edax ſpem prolis indultæ
Suſtulerat:ſanctos domini lachrymāſq; gemēſq;
Corruit ante pedes uix uerba precantia fari
Singultu quatiente ualens.miſerere parentis.
Orbati miſerere ſenis.modo filia dicens
Vnica uirgineis nec adhuc matura ſub annis
Occidit:& miſero patris mihi nomen ademit.
Affer opem:lapſamq; aīam per mēbra refunde:
Qui totum præſtare potes: hæc inquit. & autor
Lucis ad extinctæ pergebat funera greſſum
Vix populo ſtipante mouens:premixtaq; turbis
Ibat inundantem mulier perpeſſa cruorem:
Quæ magnas tenuarat opes:ut ſanior eſſet.
Exhauſtaq; domo:nec proficiente medela:
Perdiderat propriū pariter cū ſanguine cenſum.

Vix hominem.idem dicit. Reſoluta mēbra. Paralyſis enī reſolutio interpretaf. Fluxos per artus.ideſt reſolutos vt ſupra.& quod ſequitur. Neruis demiſſis.ideſt reſolutis. Egētem virtutum. Prima vt illi peccata remitterentur: altera vt ſanaretur. Nil moratus iuſſa.id eſt exequans. Aliena veſtigia:ſcilicet illorū a quibus portabatur. Vectorum ſuum.id eſt ſeipſum. Nam vector eſt qui vehitur.vel vectorem ſuū.ideſt grabatum quo vehebatur.

Mercede grata.quia ab aliis vehebaf mercede ſed nō grata.

Principis. Quo pacto. Iairus princeps ſynagoge rogat dominum vt filiam ſuā mortuā ſuſcitet.id quod fecit ſed interea eundum mulierem hemoroiſſam curauit. Ex Mattheo cap. ix. Principis. Lucas nomen expreſſit Iairum appellans.

Clauſo die.ideſt finito. Ver. primo ene. Ante diē clauſo componet veſper olympo. Auras ſuperas.ideſt hunc aerem quem ſpiramus qui reſpectu inferorū ſuperus eſt. Vergil. vi.ene. Superaſq; euadere ad auras. Finis edax.ideſt mors omnia conſumens rodenſq;. Spem prolis.ideſt filiam ex qua ſuſcepturus erat nepotes. Vergil. ii. enē. Quinquaginta intus thalami ſpes tanta nepotū. Matura. ad nuptias Verg. vii. Iā matura viro iā prole. Nomē pris. q2 pater & filia nomina ſunt ad aliquid dicta. Refunde aiam. ideſt iterum redde. Autor lucis.qui eſt lux & lucis origo. Ad funera extincte ſcilicet puelle.

Vix mouens greſſum populo ſtipante: ideſt propter nimiam populi frequentiam. Cruorē inundantem.ideſt.fluxū ſanguinis. Tenuarat opes. Diſtribuendo patrimoniū medicis & pharmocopolis. Domo exhauſta.ideſt re familiari euacuata. Cēſum cum ſanguine.ideſt patrimoniū cū ſanguinis effuſione.

Sano in pectore.ideſt in corde melius de religione vera ſentienti. Fides diues.i.copioſa quippe q fundamentum eſt aliarum virtutum. Immerſa.ideſt inuoluta. Filum xpi. Subaudi veſtis.quod euangeliſta dicit ſi tetigero fimbriam veſtimenti eius. Poſterius latens.ideſt latenter atergo. Furata ſalutem.quia furtim tetigit chriſti veſtem: vnde cōſecuta eſt ſalutem ſubitam. De extrema veſte.ideſt de fimbria ſiue limbo veſtis. Audax fiducia.ideſt mulier ex fidei fiducia audens. Dānauit venas patulas.ideſt obligauit ſiue obturauit venas apertas. Nam & dāno pro cōſtringo ſiue obligo ſepe legitur. autor Marcellus & Seruius in illud Vergi lii. dānabis tu quoq; votis. Siccis fluentis.i. exiccatis fluxibus ſanguinis. Quod virtus dedit. hoc eſt quod euangeliſta dicit et ſtatim ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem que exierat de illo aiebat. Laudat furtū.ideſt mulierem que ſic inuenit ſalutē dicens illi. Fides tua te ſaluam fecit. Rapine.ideſt furto.hoc eſt mulieri ſic furanti. Ventū erat. Accedit ſaluator ad domū archiſynagogi: vt ſuſcitet illius filiā. Moriens virgo.p mortua. Tibiicen.id qd aliis in locis diximus.in funere puerorū ſiue puellarū ſolitos fuiſſe adhiberi tibiicines ſicut in funere virorū tubas. Papinius in funere archemori.tibia cui teneros ſuetum deducere manes. Hic ſopor eſt.i. non eſt mortua puella ſed dormit. Mortui quoq; in ſacris litteris dormire dicuntur: q2 ſuſcitandi ſunt in die iudicii. vnde & cemiteriū grece hoc eſt dormitoriū dr vbi chriſtiani ſepeliūtur. Poſitam ſomno.ideſt dormientem. Cadauer cōſtrictum.i.congelatum. Igne ſpiritus contra id quod dixit morte gelida. Verbo.tantum dicens puella ſurge. Genitam ſemel.aut conceptam aut natam. Bis viuere.ſemel in ventre matris atq; iterū ſuſcitāte illā ſaluatore. Plāgunt p gaudia. q2 prius p luctus: nūc p leticiā nam plangere tantū eſt percutere.

Aſt ubi credentis iam ſano in pectore cœpit
Diues adeſſe fides:mediis immerſa cateruis
Nititur aduerſi uel filum tangere chriſti.
Poſteriuſq; latens ſubitam furata ſalutem
Extrema de ueſte rapit:ſicciſq; fluentis
Damnauit patulas audax fiducia uenas.
Senſerat iſta deus:cuius de fonte cucurrit.
Quod uirtus ſecreta dedit:furtumq; fidele
Laudat:& egregiæ tribuit ſua uota rapinæ.
Ventum erat ad mæſti lugentia culmina tecti:
Deflentemq; domū:moriens ubi uirgo iacebat
Extremum ſortita diem:trepiduſq; tumultus
Omnia lamentis ululans implebat amaris.
Funereoſq; modos cantu lachrymante gerebat
Tibiicen plangorq; frequens confuderat ædes.
Ponite ſolicita conceptos mente dolores:
Hic ſopor eſt ſaluator ait: nec funus adeſſe,
Credite:nec ſomno poſitam lugere puellam.
Dixerat. & gelida conſtrictum morte cadauer
Spiritus igne fouet.uerboq; immobile corpus
Suſcitat:atq; ſemel genitam bis uiuere præſtat.
Obſtupuere animis:inopinaq; uota parentes.
Aſpiciunt:uerſiſq; modis per gaudia plangunt.

Duo cæci illuminantur.

Inde pedē referēs geminos uidet ecce ſeqn̄tes
Cæcatos clamare uiros.fili inclyte dauid
Decute nocturnas extinctis uiſibus umbras:

Inde pedem. q post ſuſcitatam archiſynagogi filiā reſtituit viſum duobus cecis. Ex Matth. capite. ix. Geminos cecatos.pro duos. Vmbras nocturnas.ideſt cecitatem.

Et clarum largire diem. quam credere tutum
Quã ſanũ eſt cognoſce deũ: iam corde uidebãt:
Qui lucis ſen ſere uiam: tunc cæca precãtum
Lumina diffuſo ceu torpens ignis oliuo
Sub domini micuere uiam: tactuq́ʒ ſereno
Inſtaurata ſuis radiarunt ora lucernis.

Mutus ſurdus demoniacus ſanat.

His ita dimiſſis: alius producitur æger
Multiplici lãguore miſer. qui uoce relict⁹
Auditu uacuus ſolo per inania membra
Dæmone plen⁹ erat: hunc protin⁹ ordine ſacro
Curauit uerſis deus in contraria cauſis:
Dæmonio uacuans: auditu & uoce reformans.

Mittit diſcipulos ut curẽt ægrotos &c.

Nec min⁹ interea proprios iubet oĩa poſſe
Diſcipl'os: totiſq́ʒ ſimul uirtutib⁹ implẽs
Ite ait: & triſtes morborum excludite peſtes.
Sed domus iſrael: quia necdum nomine gentes
Auxerat hoc omnes: cœlorum dicite regnum:
Dæmoniis auferte locum. depellite lepram.
Cunctaq́ʒ ſubducte reuocate cadauera uitæ.
Sumpſiſtis gratis: cunctis impendite gratis.
Ac uelut hoc dicens ego uobis quippe miniſtris
Paſcendos committo greges: ego deniq́ʒ paſtor
Sũ bonus & proprios: ad uictum largior agros.
Nemo meis ouibus q̃ ſunt mea paſcua uendat.
Hæc in apoſtolicas ideo prius edidit aures
Oĩpotens: ut ab his iam ſeſe autore magiſtris
In reliquum doctrina fluens decurreret æuum.
Qualiter ex uno paradyſi fonte leguntur

Diem clarum. i. lucem. Cognoſſe deũ. qđ nõ poſſumus facere niſi illuminati. Uidebant corde. i. credebãt intelligebãtq́ʒ. Uiam lucis. Illi⁹ q̃ illuminat oẽm hoĩem venientẽ in hũc mũdũ. Tunc cum. videbãt deum ꝛc̃. Ceca lumina precãtum. i. oculi eorum qui petebant videre. Micuerant. i. lumen acceperũt. Secus viã dñi. ſ. q̃ gra diebatur. Ignis torpens. i. lãguens. Ora inſtaurata. i. viſui priſtina reſtituta. Tactu ſereno: ſcilicet ſaluatoris. Radiarunt ſuis lucernis. idest viderunt proprijs oculis.

His ita. Demoniacus q̃ erat ſurdus ꝛ mutus liberatur: reſtituitq́ʒ viſui audiẽdi ꝛ loquẽdi. Matthei capite. xij. His. ſcilicet duobus cecis. Multiplici. ſ. ſilentio. ſurditate demonio. Relictus voce. i. deſtitutus ſermone. Uacuus auditu idest expers. Membra inania. idest inutilia. Cauſis verſis. quia diuerſorum effectuum ꝛ cauſis oportuit eſſe diuerſas.

Nec min⁹. Diſcipulos mittit cũ ptãte curãdi oẽs languores. ſuſcitandiq́ʒ mortuos: idq́ʒ gratis quia gratis eam poteſtatem ab ipo acceperunt. ex Matth. capite. x. Uirtutibus. poteſtatib⁹. Excludite. i. expellite. Sʒ dom⁹ iſrl̃. ſ. tantũ nõ gentiũ in viã inquit gentiũ ne abieritis. Gẽtes oẽs hoc noie. Sẽſus ẽ. notãdũ gentes erant adoptate in familiã dei. q̃ poſtea vere dicte ſunt iſrael abdicato populo iudeoꝝ. Dicite regnũ celoꝝ. hoc iubet illos predicare. Locũ idest corpora que poſſident. Ac velut hoc dicens. i. quaſi vellet hoc dicere. Ego ſum paſtor q̃ habeo agros proprios ꝛ paſcua: vos autem eſtis miniſtri et ſubſtituti paſtores: qui nõ debetis meis ouibus vendere paſcua: q̃ illis dedi gratis. Doctrina fluens decurret. ſcilicet quod ea que gratis a deo accipimus nõ debeamus vendere. Qualiter. comparatio qđ eſt queãdmodũ

ex vno fonte q̃ eſt in paradiſo voluptatis deriuant̃ q̃ttuor illa ingentia flumina de quib⁹. Geñ. c. ij. ita ex chriſto emanauit hec pceptio. ſ. grat̃ accepiſtis gratis date. deinde per diſcipulos atq́ʒ illoꝝ ſucceſſores propagata eſt in preſentem diem.

Exin. Quõ ſaluator in ſynagoga reſtituit ſanitati mancũ quendã ꝛ extitere corp⁹ nõ vtile dextre. Ex math. c. xij. Cõſpicuã in aulã ſynagoge. Nã in tã celebri vrbe neceſſe erat ampliſſimã fuiſſe extructã ſynagogã. Demeſſo corpore. i. mutilato ab eo qđ eſt demeto. is. Hora. ỷ. ſermo. Laudãq́ʒ ſalaceʒ demeteret. Seminecem. i. ſemimortuuʒ: q2 in parte viuebat in parte mortu⁹ erat: vñ ſubdit non totũ viuere. Dãnarat. i. inutilem fecerat. Medens. ſ. ſpiritus. Precepit imperio. verbo tñ nõ adhibitis fomẽtis. Palmã gelidã. i. torpentem ꝛ quaſi quodã gelo impeditã. Recaleſcere. i. explicari ꝛ extendi. Diuino more. ſ. verbo ſolo aut nutu. Nil tollit. ſ. pro mercede aut nil diminuit. Reddit omnia. idest reſtituit.

Quattuor ingentes procedere curſibus amnes:
Ex quibus in totum ſparguntur flumina mũdũ

Mancus in ſynagoga curatur.

Exin cõſpicuã ſynagogæ ingreſſus in aulã
Aſpicit inualidũ demeſſo corpore mãcũ
Seminecem membris non totum uiuere: cuius
Arida torpentem damnarat dextera partem.
Imperioq́ʒ medens gelidam recaleſcere palmam
Precepit & reddi diuino more ſaluti
Sicut ſemper agit: nil tollit & omnia reddit.

Dæmoniac⁹ ideq́ʒ cæc⁹ & mut⁹ curat̃.

En iteꝝ ueteres inſtaurãs lubricus artes
Ille chelydrus adeſt: nigri qui felle ueneni
Liuidus humano gaudet pingueſcere tabo.
Quodq́ʒ per alternos toties diſperſerat ægros
Virus in unius progreſſus uiſcera fudit:
Cui uocem lumenq́ʒ tulit. tripliciq́ʒ furore
Saucia membra tenẽs mutũ quattebat & orbũ.
Tunc dñs mundi lux noſtra & ſermo parentis
Sordibus excuſſis oculos atq́ʒ ora nouauit.
Verbaq́ʒ per uerbum. per lumen lumina ſurgũt.

Mulier incuruata ſanatur.

Venerat & morbo mulier cõtracta uetuſto
Nõ ſenio tremebũda gemẽſ curua caduc[…]
Vultib⁹: & ſolam deſpectans cernua terram
Quæ domino miſerante iuges poſt octo decẽq́ʒ
Mẽbra leuat meſſes: cœlũq́ʒ ac ſydera tandem

En iterum. qꝫ oblatũ demoniacũ. cecũ ꝛ mutũ ſaluator nr̃ ſanitati reſtituit. ex mattheo ca. xij. En iterũ. q2 ſupra de altero demoniũ habẽte mẽtioneʒ fecerat. Ille lubric⁹ chelidrus i. ſerpẽs ãtiqu⁹ lubricũ cõuolãs ſublato pectore terga. Qui liuid⁹ ꝛ colore ꝛ inuidia vtrũq́ʒ enĩ liuid⁹ ſignificat. Felle. In quo eſt inuidie ſedes. Ouid. ij. meta. Pectora felle virent. Gaudet pingueſcere. i. paſcitur damnis hoim qđ ipm inuidie eſt. Per alternos egros. i. alternatim illos inficiẽs. Vocẽ ꝛ lumẽ. i. vſũ loquẽdi ꝛ audiẽdi abſtulit. Furore. i. dãno. Orbũ. i. lumie orbatũ. Lux nr̃a. que illuminat oẽm mũdũ. Sermo parẽtis. i. verbũ patris per quorum prius reſtituit ceco lumen per poſteri⁹ muto vſum loquendi.

Venerat. qꝫ incuruatã mulierẽ erexit atq́ʒ reſtituit ſaluator Ex Luca ca. xiij. Contracta. i. vt Euangeliſta dicit inclinata. hos greci emproſthotonicos vocant. Morbo vetuſto. quo ſu erat detenta duodeuiginti annos. Non ſenio. quo ſenes incuruantur. Cernua. i. i terrã prona. Meſſes. i. annos cõtinuos.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Totum orbē ſolis. ideſt ſolem qui ſphericum corpus habet. Ardentē. Ex opinione antiquorum. qui totū ethera dicebāt eſſe ignee nature. Erecta q̄ prius erat curua. Quia qs moraliter exponit.
QVmq; de hinc. Quomodo ex quinq; panibus ⁊ duobus piſcibꝰ quinq; milia virorū dominus ſaturauit. Ex Mattheo capite.xiiij. In deſerta. vbi hoc miraculū dominꝰ fecit. Moſes typicꝰ. quo duce in deſerto populus manna paſtus eſt. Maioribus actis.i.miraculis. Antiquam opem. ideſt ſimilē illi antique. Alite multa. ideſt multis coturnicibus.
Opima carnis.i.carnes opimas ⁊ pingues. Auxit. ſubaudi opem. Manna ſufficiens. ideſt quod ſufficeret ſatiſq; eēt.
Cetera turba. quod euangeliſta dicit exceptis mulieribus et pueris. In illo numero. ſcilicet quinq; mille virorum. Legio hic pro multitudine. Matrū.i. mulierū. ſpecies pro genere.
Quoq; magis ſtupeas. hemiſticum eſt. Iuuenalis in ſexta ſatyra. Cophinos. corbes ex viminibus contextos. Que redit aucta. quia plus redit a menſis q̄ fuit appoſitum. Nō eſt data. ſcilicet cum in menſis poſiti ſunt panes ⁊ piſces.
IAmq;. quo ſaluatore in terra manēte diſcipuli nauigātes opprimebant̄ tempeſtate. Jeſus ad eos veniēs ſup fluctus cepit illos cōſolari. ⁊ qd̄ illiꝰ iuſſu petrꝰ ſe ad illū ex naui demiſit. Ex Math. cap.xiiij. Oceano rapiēte diē. Deſcriptio eſt occaſus ſolis. q̄ in oceano videt̄ mergi cū occidit. Seneſcentē. q: occaſus ſolis reſpōdet ſenectuti hominis.
Sub cerula pōti.i. ſub pontū ceruleū. nā ille eſt color maris.
Pallor.i.nigror. Heſperus ſtella que alio noīe dr̄ venus: dicta heſperꝰ cū poſt occaſū ſolis videtur. carēs.i.motꝰ. Umbras aſtriferas. q: aſtra niſi p vmbras nō vident̄. Solo magiſtro.i.icomitato. Salū vndoſum.i.mare. Vg.j.eñ. Perq; vndas ſugāte ſalo. Torua e q̄ra.i.irata atq; perturbata. vt torua leena lupū ſeq̄tur. Aduerſus.i.nō a puppe et ſecundus. Marmora glauci fluenti.i. maria glauca fluentiaq;. eſt autem color maris in tranquilitate glaucus. ideſt viridis. Lābebāt.i.leuiter tāgebāt. Vg.ij.eñ. Lābere flamma comas.

Cernit: & ardentem ſolis reminiſcitur orbem
Totū erecta uidēs: q; quos malꝰ opprimit hoſtis
Ima petūt: quos xp̄s alit ſine labe reſurgunt.

De quinq; panibus & duobus piſcibꝰ.

QVmq; de hic pp̄lm ſeſe in deſerta ſecutū
Vt typicꝰ moſes uerusq; p̄pheta uideret
Antiquā ſentire famem: maioribus actis
Antiquam monſtrauit opem. tunc alite multa
Carnis opima dedit: geminis mō piſcibus auxit
Sufficiēs tūc māna pluit: modo panibꝰ amplū
Quinq; dedit uictum per millia quinq; uirorū.
Cætera turba latet: numero nec clauditur illo
Maxima paruorum legio uel maxima matrum.
Quoq; magis ſtupeas: cophinos ablata replerūt
Fragmina biſſenos. populiſq; uorantibꝰ aucta
Quæ redit a cunctis non eſt data copia menſis.

Chriſtꝰ ambulat ſup mare.

IAmq; ſeneſcentem gelidi ſub cerula ponti
Oceano rapiente diem: cum pallor adeſſet
Noctis & aſtriferas induceret heſperꝰ umbras.
Diſcipuli ſolo terris reſidente magiſtro
Vndoſum petiere ſalum: fluctuq; tumenti
Torua laborantem iactabāt æquora puppim
Aduerſus nam flatus erat. tunc noctis opacæ
Tēpore calcatas dn̄s ſuperambulat undas
Et uaſti premit arua freti: glauciq; fluenti
Circumfuſa ſacras lambebant marmora plantas

Miratur ſtupefacta cohors ſub calce pedeſtri
Nauigeras patuiſſe uias. at petrus amicam
Doctus habere fidē: chriſtumq; agnoſcere ſemp
In medias deſcendit aquas. quē dextra leuauit
Labentem domini nil tanto in gurgite paſſum:
Cui potus fuit illa manus. pelagiq; uiator
Libera per uitreos mouit ueſtigia campos.

Fimbria tactus curabat ægrotos.

GEneſar inde ſoli domino ueniēte coloni
Infirmos traxere ſuos: ut fimbria ſaltem
Vix attacta dei morbis mederetur acerbis.
Et quotquot tetigere: iugem ſenſere ſalutem
Quam præcioſa fuit quæ nunq̄ uendita ueſtis
Ipſa omnes modici redimebat munere fili.

Cananeæ filia ſanatur:

HInc tyrias partes ſidoniaq; arua petentem
Anxia pro natæ uitio: quā ſpiritus atrox
Vexabat ſtimulis mulier cananea rogabat
Se canibus confeſſa parem: quæ more ſagaci
Semper odoratæ recubant ad limina menſæ
Aſſuetæ refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis: ſed celſa fides: quæ ſoſpite nata
De cane fecit ouem: gentiſq; in ſentibus ortam
Compulit hebræi de gramine ueſcier agri.

Languentes curantur.

ALta dehīc ſubiēs mōtꝭ iuga plebe ſequēte
Millia cæcorum. claudorū millia paſſim.
Leproſoſq; ſimul populos: ſurdaſq; cateruas

Cohors. diſcipulorū.ſ. Sub calce pedeſtri. ideſt ſub plāta pedis cuiꝰ eſt calx poſterior pars.
Uias nauigeras. ideſt per q̄s ſole naues ire. Fidem amicam.i.ſibi familiarem. ⁊ ſociam.
Agnoſcere. quippe qui alijs ad dubitantibus dixit tu es chriſtus filius dei viui. Math.xvj.
In gurgite. maris tempeſtate. Uiator. ſcilicet petrus. Campos vitreos. ideſt maria. Sicut Oui. primo metamor. Cāpoq; recepte liberioris aque
GEneſar. Quomodo cum veniſſet Jeſus geneſareth omnes infirmi qui tangebant fimbriam veſtimēti eius ſanabant̄. Math.ca.xiiij. Coloni. habitatores. Soli geneſar. q̄ ab hebreis dicta eſt cenereth poſtea ab herode in honorē tyberij caſaris tiberias dicta. Salutē iugem. ideſt non temporariam: ſed perpetuam: Nunquam vēdita fuit. ſubaudi. Sed an fuerit empta aut dono data ſaluatori neſcio. Redimebat. id eſt a morbis liberabat.
HInc tyrias. Ex geneſareth venit Jeſus in phenicem: q̄ quondam fuit cananeorum vbi ſunt vrbes preclare tyrus ⁊ ſydō ibiq; filia mulieris cananitidis curata eſt. Matthei capite. xv.
Petentem. ideſt chriſtum eūtem. Pro nate vitio. erat enī demoniaca. Que more ſagaci Feſtus. canes inquit indagatores ſagaces ſunt appellati. quia ferarum cubilia preſentiunt.
Odorate menſe ideſt quam odore explorant. Ad limina. ideſt ad introitū ſiue ad finē menſe. Refluas.i.cadentes aut retro fluētes. Siliꝰ lib.xv. Refluuſq; reciprocat eſtꝰ. Vox humilis.ſ.fuit huiꝰ mlieris. Sꝫ celſa fides.i.alta. vt hūile opponatur alto. De cane cū per hūilitatē ſe cani cōparauit. Oz cam.ſ.ouem ex cane factā. In ſentibus gētiū.i.int̄ gētiliū ſpinas. Cōpulit.ſ.fides. Paſcier de gramine agri. Perſtat in trāſlatiōe eiꝰ qd̄ dixit ouē.
ALta de hinc. Quod aſcendens Jeſus in montem curauit multa genera languentium. Ex Math. capite.xv. De hinc. poſt cananee filiam in phenice curatam. Subiens. ideſt aſcendens.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Quicquid debile vulgi.ideſt omnes ex vulgo aliqua infirmitate debiles. Motibus.q̃ prius erãt impediti:neq; poterant membra mouere. Attemperat organa.ideſt diſponit membra ſiue inſtrumẽta anime. Reuocata ideſt reſtituta ſuis neruis.

OVmq;. Alterum miraculum ſimile ſuperiori de quinq; panibus ⁊ duobus piſcibus. hic de ſeptem panibus ⁊ paucis piſcibus. Ex Mattheo capi.xv. Tumultum egrum.i.turbas egrotantes. In ceſpite ſterili.ideſt in deſerto.

Inulaidaſq; manus:& quicquid debile uulgi
Venerat in priſcum:componit motibus uſum:
Et reuocata ſuis attemperat organa neruis.

De ſeptem panibus &
paucis piſcibus.

OVmq; medẽs egrũ refouet uirtute tumltũ
Tertia lux aderat:ſteriliq; in ceſpite nullũ
Contigerat plebs tanta cibũ.nimioſq; labores
Nutribat heminanda fames:ſi ſaucia callem
Turba per ingentem dapibus ieiuna rediret.
Qua flexus pietate deus qui ſemper egentum
Panis adeſt:uictumq; locis ſine frugib⁹ infert:
Piſciculis paucis & ſeptem panib⁹ agmen
Pauit grande uirum:præterq; infirma ſecundi
Sexus & ætatis ſaturauit quattuor illic
Milia ueſcentum:plus ut miſeris & auctas
Diſce fuiſſe dapes.epulas nutriuit edendo
Vulgus:& attrite creuerunt morſibus eſcæ.
Relliquiaſq; ſuas ſportarum culmina ſeptem
Expauit fugitiua fames:ubi fragmine ſumpto
Vidit abundantem modica de ſemine meſſem.

Tranſfiguratio domini.

NEc tamen humano q̃uis in corpore xp̃m
Matrĳ ab occaſu mortalia mẽbra gerentẽ
Clam fuit eſſe deũ:quia non abſconditur unq̃
Vrbs in monte ſedẽs: modio nec ſubditur ardẽs
Lychnus:anhelantem ſed ſpargẽs altius ignem

Heminanda fames:q: nõ mõ premebantur fame ex preteritis diebus contracta: ſed etiã futura:dum quiſq; rediret domum. Callẽ.i.viam anfractuoſam qualis eſſe ſolet in locis deſertis.

Panis adeſt. qui Joãnis.vj. dixit:Ego ſum panis vite. Sine frugibus.i.ſterilibus. Agmẽ grande virum.pro virorũ. Infirma ſecundi ſexus.i. alterius hoc eſt mulierum. Et etatis.i. puerorum: que vtraq; etas ⁊ ſexus debilis eſt. Edendo. hoc eſt mirandũ quod conſumunt dapes edendo augeanturq;. Fugitiua fames. Fingit Oui.in meta. famem quaſi deã quandã habitare in locis deſertis: moreſq; illius pulchre deſcribit. Nũc vero dicit autor: q̃ fames fugitiua.ideſt que fugiebat turbas iã ſaturas. Expauit reliquias ſuas. ideſt fragmenta que relicta fuerunt. Culmina ſeptẽ ſportarũ.ideſt ſeptẽ ſportas ad culmen ſummum plenas. Sumpto fragmine.i.collectis fragminibus. De modico ſemine.i. de ſeptẽ panib⁹ ⁊ duob⁹ piſcib⁹.

NEc tñ. Quo pacto corã trib⁹ diſcipulis trãſfiguratus eſt:apparuerũtq; cũ eo Moſes ⁊ Helias loquẽtes.Ex Math.c. xvij. Nec tñ. Ordo ⁊ ſenſus eſt nec tñ fuit clã.i.occultũ.Xp̃m eẽ deũ q̃uis gerentẽ ab occaſu matris.i.a matre mortali membra mortalia in corpe humano. Eſſe deũ inq̃ Q2 vrbs ſedẽs .i. fundata.⁊ eſt ſumptũ ex Math. ca.v.Nõ põt abſcõdi ciuitas ſup montem poſita:neq; accendunt lucernã:⁊ ponũt eã ſub modio: ſed ſuper cãdelabrũ:vt luceat oĩb⁹ qui in domo ſunt. Lychn⁹ grece interpretatur lucerna:neq; eſt vulg⁹ putat ex cera aut ſeuo:ſed que ex oleo temperatur.

Lumen agit cunctis radians. nam teſtib⁹ amplo
Diſcipulis fulgore tribus uelut igneus ardor
Solis in æthercam uerſus ſplendore figuram
Vicerat ore diem.ueſtemq; tuentibus ipſam
Cãdida forma niuis domini de tegmine fulſit.
O meritum ſublime trium quibus illa uidere
Contigit in mũdo:quæ non ſunt credita mũdo.
Quid quod & heliam & clarum uidere moyſen.
Ignotos oculis uiderunt lumine cordis:
Vt maior ſit noſtra fides:hunc eſſe per orbem
Principiũ ac finem.hunc alpha uiderier atq; o.
Quem medium tales circumfluxere prophetæ.
Alter adhuc uiuens:alter ſtans limine mortis.
Sydereoq; ſono meus eſt hic filius aiens
Oſtendit uerbo genitum uox patria chriſtum

Dæmoniacus liberatur.

POſtq̃ corporeos uirtus regreſſa per artus
Texit adoratam carnis uelamine formã:
Seq; palam dñs populis dedit ecce repente
Vir humilis mœſto deiectus lumina uultu
Procedit:ſupplexq; manus & brachia tendit:
Imploratq; gemens:unus mihi filius unus
Eſt domine:horrenda lacerat quem ſpiritus ira:
Nec linquit:niſi mergat aquis:aut ignibus atris
Opprimat:atq; aĩam dubia ſub morte fatiget:
Hunc precor expulſo miſeratus utrumq; furore
Redde mihi:uel redde ſibi.nec cæca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine uitam.
Dixerat:& genua amplectens genibuſq; uolutãs
Hærebat:dominuſq; pio iam pectore uotis
Annuerat. tunc prædo furens ac noxius hoſtis:

Nam teſtib⁹.ordo eſt. Nã verſus ſplẽdore.i.mutat⁹ in etherearn figurã fulgore ãplo velut ardor igne⁹ ſolis. Vicerat ore.i.oris ſplẽdore. Diẽ.i.ſolẽ ⁊ h̃ trib⁹ diſcipulis teſtib⁹.ſ. Petro.Jacobo Joãne. Cãdida forma niuis fulſit de tegmine.i. veſtis mutata eſt in forma niuis diſciplis intuentib⁹ ipaꝫ veſtẽ. Que nõ ſunt credita mũdo.i.incredibilia.aut ad illud reſpicit q̃ mũd⁹ eaꝫ nõ cognouit. Moyſen.h̃ ſcriptor recentẽ grecã ſequit̃ ⁊ latinã cum autores greci ⁊ latini nõ moyſẽ. ſed moſem hũc vocẽt. Principiũ ac finẽ.alpha atq; o.idẽ eſt ex apocal.c.j.Alter viuẽs.ſ.helias. Limine mortĩ.ſ.moſes. Hieronym⁹ dat ſignũ de celo helia inde deſcẽdente ⁊ moſe ab inferis reſurgẽte. Vox pria.i.pris. Sydereo ſono.i. a celo deſcendẽti. Verbo genitũ.imo v̄bũ genitũ.

POſtq̃ corporeos.poſt tranſfigurationẽ xp̃s demoniacũ curanit.ex mat.c.xvij. Virtus diuina.ſ.in qua reſplẽduit. Regreſſa.i.ſe recolligẽs reſpiciẽſq;. Formã adoratã.eũ.ſ. a trib⁹ diſcipliſ.alſ adorãdã. Deiect⁹ lumina.ſynecdoche.i.hũs lumia deiecta. Vn⁹ fili⁹.vn⁹ hec geminatio vnicũ ſignificat. Spũs lacerat. euãgeliſta lunaticũ dicit. vt idẽ ſit lunatic⁹ ⁊ demoniac⁹. Aquis aut ignibus. mattheus nã ſepe cadit in ignẽ ⁊ crebro in aquã. Miſeratus vtrũq;.ſ.me atq; illum. Redde mihi ſubaudi filiũ. Redde ſibi ſubaudi ſeipm. q2 ille nõ eſt ſuus.q̃ non eſt dñs ſuoꝝ mẽbroꝝ actionũq; ſuarum. Ceca poteſtas.i. occulta vis demonis. Subtracto lumine.ideſt amiſſa luce huius vite. Volutans. pro volutatus aut quẽadmodũ euangeliſta dic genib⁹ p̃uolut⁹.⁊ ẽ p̃ticipiũ p̃ñs in ſignificatiõe paſſiua.q̃ ⁊ v̄g. poſuit in primo georgicorum. Tardaq; eleuſine matris voluẽtia plauſtra.⁊ in eodem ſiliqua q̃ſſante legumen. Votis. ſcilicet patris orantis pro filio.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cui poſſeſſa diu eſt alieni fabrica iuris:
Peruerſa migrare domo compulſus in iram
Tollitur accenſam:correptaqȝ carpere mēbra
Nititur:& fruſtra domino prohibēte laborans
Fugit in obſcuras puero uiuente tenebras.

De didrachma in ore piſcis.

Rex etiā ſolus regū & dn̄s dominantium
Non dedignatus petro piſcante tributū
Soluere cæſareum:medii de gurgite ponti
Hamū ferre iubet gerulum didrachmatis auri.
Incola mox pelagi penedntia fila momordit.
Iuſſa tributa ferens:grauiorqȝ onerante metallo
Vilis honor precio maiore pependit.

Quis maior in regno celorum

Diſcipuliſqȝ ſuis ſe percontantibus aulæ
Cœleſtis regni maior quis poſſit haberi?
Vt deus & doctor mirabilis omnibus inquit
Celſior eſt humilis:cunctiſqȝ potentior ibit
Qui cunctis ſubiectus erit:ſeſeqȝ minorem
Demiſſa ceruice feret:uelut iſte uidetur
Paruul⁹:& mōſtrat puerū conſiſtere paruum:
Scilicet ingenium teneri ſectemur ut æui
Non annis ſed mente iubet:quia mollior ætas
Nil pompæ mūdalis habet.nō ambit honorem
Nec reſupina tumet.ſic puræ ſemita uitæ
Quantum prona ſolo:tantū ſit proxima cœl o:
Mens etem̄ uergens altum petit:altaqȝ uergit.
Inferiorqȝ gradus quo uult deſcendere:ſurgit.
Ecce humilē dominus de ſtercore tollit egenū:

Fabrica iuris alieni. i. dom⁹ alterius dn̄i. Dom⁹ puaſa. i. quā violēter inuaſit. Carpere. idem vexare ac torquere. Fruſtra laborans q: puero nō potuit nocere. In obſcuras tenebras. i. ad inferos. vbi eſt illi domicilium propꝛium.

Rex etiā ſolus. ꝙ ex gētibus tributū iuſſit ieſus ſolui didrachmō in oꝛe piſcis inuētum Ex Math. c. xvij. Rex regū qui dixit regnū meum nō eſt de hoc mūdo. Joā. xviij. Ideo ſolui tributū ceſari imperat. Hamū ferre. i. in mare hamū mittere qui piſcē adduceret: in cui⁹ oꝛe inueniēdū eſſet didrachmō vnde tributū ceſari ſolueret. Didrachmatis auri. pōt fieri vt didrachma fuerit ex auro: ſi ad pōd⁹ referatur. alias drachma monete genus nō eſt niſi ex argento: ſed tūc nō drachmatis ſed drachme mittit genitiuū. Incola pelagi i. piſcis. Iuſſa. a chꝛiſto perſolui. Vilis honoꝛ. i. parui precij. Pependit. ſ. ex hamo.

Diſcipuliſqȝ. Interroga t⁹ ieſus a diſcipulis q̄s eēt maioꝛ in regno celoꝝ. ſtatuto in mediū puero dixit opoꝛtere effici q̄ ſi puulū illū volēti intrare in regnū celoꝛum. ex Math. c. xviij. Se percōtantib⁹. i. ipm̄ interrogātib⁹. Demiſſa ceruice. i. nō dura ꝛ cōtumaci ſed pna ꝛ humili. Iſte puul⁹. Quē vt dicit euāgeliſta ieſus ſtatuit in medio diſcipuloꝝ. Ingeniū eui teneri. i. moꝛes etat̄ puerilis. Nō annis ſed mēte: q: vt dicit Ariſtotel: nihil refert etate q̄s iuuenis ſit an moꝛib⁹ ꝛ ediuerſo cani hoīs ſapiētia illi⁹. Sapiē. iiij. Q: melioꝛ etas. i. tenera. h̄ eſt puerilis. Nil pōpe mūdalis. Ecce pueroꝝ moꝛes. Nō ābit. i. nō ē ambitioſus. Reſupina. i. erecta ꝙ ē ꝯtrari ī hūilitati. Semita vite pure i. incedentes puri ſicut pueri ꝑ ſemitā vite. puer nāqȝ a puritate dr̄. Prona ſolo. i. in terrā inclinata ꝛ humilis. Mēs vergēs i. inclinata abſolute. Lucan⁹ in. j. Uergētib⁹ annis. Alias actiue. vt Vg. in. iiij. frōtiqȝ inergit vina facerdos. Quo. i. ea pte q̄ De ſtercoꝛe. Pſal. cxij. De ſtercoꝛe erigens pauperem.

Et facit egregios inter reſidere tyrannos.
At contra tumidū pugnaci mente rebellem
Præcipitem cœlo ſub tartara iuſſit abire.
Parua loquor:ſi facta dei per ſingula currem.
Et ſpeciale bonum cum ſit generale reuoluam.

Cœlii Sedulii mirabilium diui norum. Liber quartus.

Iā placidas iordāis itē trāſgreſſ⁹ arenas
Iudeus ſectatur iter ſine noīe mæſtū
Vulgus & innumeras releuans a clade cateruas.
Suſcipit infirmos:& dat diſcedere ſanos.
Nil igitur ſummo deſeſperantibus unq̄
Difficile eſt conferre deo:cui prona facultas
Ardua planare:& curua indirecta referre.
Nam quidquid natura negat:ſe iudice preſtat.
Namqȝ foramen acus ſicut penetrare camelus
Membrorū pro mole nequit:ſic diues opima
Fertilitate tumens tenuem non poſſit adire
Cœleſtis regni ducentem ad limina callem.
Ni genitor rerū qui mundum lege coercet
Et nulla ſub lege manet:cui condere uelle eſt:
Quem frons nulla uidet: ſed totū conſpicit ipſe
Hoc impoſſibile eſt homini dixiſſet: at alto
Poſſibile eſt ius omne deo:multiſqȝ moleſtum
Diuitibus tandem facere miteſcere cenſum.
Nam proprias bene tractat opes: cœloqȝ recondi
Theſauros uult ille ſuos:ubi quicquid habetur
Non mordax ærugo uorat:non tinea ſulcat:]
Nec male defoſſum famulatur furibus aurum:

Tyrannos. Hic pro reges accipit. Uer. vij. en̄. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni. Mēte pugnaci. i. ꝯtumaci ꝛ elata. Per ſingula. Quia quātūcūqȝ dixero minus eſt. Bonū ſpeciale quod intra genus continetur. Quia bonū quāto cōmunius eſt tāto diuini⁹ eſtimādū.

Iam placidas. Coelij Sedulij liber quartus. ꝛ pꝛimo dicit difficulter diuitē itrare in regnū celoꝛū. Ex Math. xix. Iteȝ pro iterum. Arenas iordanis ideſt ripas arenoſas. Iter in dec. i. venit in eam partē iudee que eſt trans iordanē. Uulg⁹ ſine noīe. i. ignobiles quoſdā homines. Suſcipit. i. ad ſuā curam admittit. Diſcedere. i. vt diſcedant. Ardua planare. i. altas res planas facere. Indirecta. ex Eſaia ca. xl. Erūt praua indirecta ꝛ aſpera in vias planas. nam prauum dicitur qd̄ eſt diſtoꝛtū. Preſtat ſe iudice. i. ſe arbitro ꝛ rerū dn̄o ꝛ in cuius arbitrio ſunt oīa. Namqȝ exponit quō intelligēdū ſit illud qd̄ euāgeliſta dicit. facilius eſt cameluȝ per foramē ac⁹ tranſire: ꝙ diuitem intrare in regnū celoꝛū. Pro mole. i. pro magnitudine. Calleȝ. vt ſepe diximꝰ viā anguſtā. Coercet. i. coarctat ꝛ continet. Sub lege. q: ſolut⁹ a legib⁹. Cōdere velle eſt. i. oīa quecūqȝ voluit fecit. pſal. cxiij. Frōs nulla videt. q: deuȝ nemo vidit vnqȝ. Joā. j. Moleſtum diuitib⁹. q: nō oēs diuites gaudent facere cenſum ꝛ augere patrimoniū. Faceret miteſcere cēſum. i. vileſcere ꝛ non creſcere in infinitū. Bene tractat. ſubaudi aliq̄s ex numero diuitū. Ubi. i. in q̄ in celo. Moꝛdax erugo. i. flos eris q̄ coꝛrodit numiſmata erea Ex Matheo ca. vj. Nolite theſaurizare vobis theſauros i terra vbi erugo ꝛ tinea demolitur. Tinea ſulcat. ideſt. coꝛrodit conſumitqȝ. Male defoſſum. ideſt furto nō ex venis naturalibus quia iure effoditur.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Jeiunis. Qui miſericordie opera enumerat quorũ materia ſunt diuitie. Sibi egenus. Iuue. Eſto vt nũc multi diues tibi pauper amicis:de eo dixit qui cõtrarius eſt miſericordi. Illa ſubſtantia.ideſt ille ſenſus ſiue patrimoniũ. Sub paupere forma.ex Math.c.xxv. Quod feciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis hoc eſt pauperibus mihi feciſtis. Dãnis augmenta capit.i.cũ diſtribuitur:augetur. Spargitur vt ſit.i.vt permaneat. Perit.ideſt perire videtur cum reuera maneat. Mortua ideſt perdita opinione aliorum.

Ieiunis qui ferre cibum:ſitientibus hauſtum:
Hoſpitibus tectũ:nudis largitur amictum:
Solatur nexos in carcere.perfouet ægros.
Atq; aliis largus ſibi tantum conſtat egenus.
Nec dubie in cœlum ſubſtantia peruenit illa
Quæ chriſto collata datur ſub paupere forma:
Qua damnis augmẽta capit:ꝙ ſpargitur ut ſit
Quæ perit ut maneat:quæ uitã mortua preſtat.

Duo cæci illuminantur.

PRæterea dñs geminos cõſidere cæcos
Cũ quoddã trãſiret iter comitãte caterua
Conſpicit extinctæ poſcentes munera formæ:
Flebilibuſq; uagas implentes uocibus auras
Nec cunctata ſolens pietas inferre ſalutem
Quæ ſenſit flagrare fidem. mox lumina tangẽs
Euigilare iubet:quæ ſomnus præſſerat ingens.
Atq; diu clauſas reſerans ſub fronte feneſtras
Ingrediente die fecit diſcedere noctem.
Hinc repetita ſacri gradiens per mœnia templi
Lumina cæcatis dedit:& ueſtigia claudis.

De ficu arida.

TAlia dauidicã poſt facta reliquerat urbẽ
Bethaniæ uicina petens.eadẽq; reuerſus
Clareſcente die properabat uiſcera tecta
Ecce autem mediis aſtans ſublimis in aruis
Frondea ficus erat.cuius in robore nullum
Repperit eſuriens luſtrato ſtipite pomum.

PReterea dominus. Egreſſo ieſu ex hierico facti ſunt illi obuiam duo ceci. quos ſanitati reſtituit:aliaq; deinde mirabilia fecit.ex Math.ca.xx. Geminos cecos.ideſt duos. Conſidere quia ſedebant ſecus viam.

Quoddã iter.ſcʒ ex hierico et hieroſolymas. Forme extincte ideſt oculoꝝ excecatorũ. Auras vagas.per quas ſolẽt voces diffundi. Solens pro ſolita. Fidem illorum cecorum. Lumina euigilare.ideſt oculos aperiri ⁊ videre. Somnus ingens ideſt nox perpetua. contra illud quod dixit euigilare. Feneſtras clauſas. Tranſlatio eſt nota vt mors intrauit p̱ feneſtras noſtras. Hiere.ix. Die.i.luce.

Noctẽ.i.tenebras. Repeti ta. ideſt que ſepe reperebat frequentabatq;. et hoc ſumptum ẽ ex eodem Mattheo cap.xxj.

Lumina ⁊ veſtigia. ideſt oculos ⁊ pedes.

TAlia dauidicam. Jeſus e bethania in vrbem hieroſolymam rediens eſuriit. cum vero ad ficũ arborẽ acceſſiſſet. vt inde ficos decerperet non inueniẽ indixit illi ſterilitatem.⁊ continuo areſacta eſt. Ex Mattheo capite.xxj. Vrbem dauidicaʒ. ſic enim hieruſalem vel potius ſyon appellatur vrbs dauid.

Vicina petens. Diſtat enim bethania a hieroſolymis duob⁹ milibus paſſuum hieronymus et Euſebius autores. Eadem die. ſcʒ intra.xxiiij.horas poſtq̃ venit in bethaniã. Clareſcẽte.mane dicit euangeliſta. Frõdea. pro frondoſa Vergilius. nemora inter frondea turbam. Nullum pomum. Recte deficis pomum dicitur. Ait comis arboreis.ideſt frondibus arboꝛie.

Arboreiſq; comis iam nunc ex germine ueſtro
Nullus ait fruct⁹ reliquum generetur in æuum:
Confeſtim uiduata ſuis ficulnea ſuccis
Aruit:& ſiccis permanſit mortua ramis.
Omnis enim quicumq; deo nil fertile nutrit:
Ceu ſterilis truncus lignis æquabitur uſtis.
At iuſtus palmæ ſimilis florebit amœnæ
Semper habẽs frondes:& tanq̃ libana cedrus
Multiplicãd⁹ adeſt:& uertice ſydera tangit.

Dæmoniacus mutus ſanatur

POſt oblatus ei uirtutem ſenſit herilem
Inſanus ſermone carens:quẽ faucib⁹ atris
Angebat uis clauſa mali:uiciumq; tacendo
Prodiderat:ſed cuncta ſolens infirma leuare
Conditor obſeſſa pepulit de fauce latronem:
Et uoci patefecit iter.nexuq; ſoluto:
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas

Magdalena uenia donatur.

POſt dñs phariſæa perens cõuiuia cœnæ
Orantis dapibus ſeſe impertiuit amici.
Tunc mulier quã fama nocens & plurima uitæ
Mordebant delicta ſuæ clementia ſupplex
Corruit amplectens ueſtigia:quæq; profuſis
Irrigat incumbens lachrymis:& crine ſoluto
Tergere nec ceſſat:nec ſacra lambere plantas
Vnguento fragrante fouens:ſententia donec
Læta dei:quem fere manũ nõ pœnitet unq̃
Si nos pœniteat ueterem queſiſſe ruinam
Vade:fides mulier tua te ſaluabit ab omni
Dixiſſet:quodcumq; malo geſſiſſe uideris.

Ex veſtro germine.ꝓprie germẽ vnde erũpunt fructus. Suis ſuccis.alimentis vnde vireſcit.

Siccis.ſine alimento.

Omnis.que ſequuntur moraliter dicta. Lignis vſtis.ꝓ vrendis. Palme ſimilis.ex pſalmo.xcj. Juſt⁹ vt palma florebit. ⁊ ſicut cedrus libani multiplicabitur. Sydera tangit. Quippe qui cedro comparatur: que i libano monte mirum in moduʒ in ſublime creſcit.

POſt oblatus. Jeſus mutum inſanũ eundemq; demonia cum curauit. ſed de quo hic loquatur muto nõ video:cum precertim ponit particulã cõtinuatiuã poſt.ſed ſi ordinem nõ ſeruet: poteſt intelligi de illo de q̃ Matthei.xij.⁊ Luce.xj. Virtutem herilem.ideſt dñi. Sermone carens.ideſt mut⁹. Vis mali clauſa.ſ.demon. Tacendo prodiderat vitiũ.ſ. per ſigna que faciunt oppreſſi a demonibus. Latronem. demonem fauces illi⁹ occupantẽ. Nexu ſoluto.i.faucib⁹ expeditis.

POſt dñs. Cenãti ieſu in domo phariſei: Maria vnxit pedes:ab eoq; eſt peccatorũ ſuorum venia donata. ex Lu.c.vij. Cene phariſea conuiuia.i. phariſei qui illũ inuitauerat. Impartiuit ſe. ideſt cõmunicauit ſe Mordebant.ſtimulabãt quia male audiebat.i.infamata erat. Veſtigia clemẽtia.i. dñi clemẽtis. Incũbẽs.i.prona ad illi⁹ pedes. Lãbere plãtas.i.oſculari. Fouens.i. ad recreationem inungens. Sentẽtia dei leta:i. letam faciens mulierem. ſicut econtrario. Juuena. De nobis poſt h̃ triſtis ſentẽtia fertur Et eſt ordo donec ſententia leta dei dixiſſet. Vade mulier.tua fides ſaluabit te ab oi malo.qđcũq; videris geſſiſſe.⁊ p̱ parentheſiʒ interpoſuit:quẽ non ꝑenitet ferre manũ:iuxta illđ Iob.xiiij. opi manuũ tuaꝝ porriges dexterã ſi pẽiteat nos q̃ſiſſe veterẽ ruinã.i.cidiſſe i aliquã pcti foſſaʒ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Vtere pace mea.magna eſt medicina fateri
Quod nocet abſcondi:qm̄ ſua uulnera nutrit:
Qui tegit:& plagam trepidat nudare medenti.
En polluta diu modicum purgata receſſit
Per gemitum : propriiq; lauans in gurgite fletus
munda ſuis lachrymis:redit & deterſa capillis.

Dæmoniacus liberatur.

IAmq; capharneæ ſinagogā ītrauerat urbis
Rite docens populos: quē cum uidiſſet iniquus
Humano ſub corde latens clamore proteruo
Spiritus infremuit:quid nobis & tibi dicens
Perdere nos heu xp̄e uenis:ſcio deniq; quis ſis
Et ſemen cognoſco dei:nec plura locutus
Imperio terrente tacens hominemq; reliquit
Pulſus.& inuacuas fugiens euanuit auras
Sic etiam uariis finem languoribus eſſe
Fecit:& excluſos ſemper reticere coegit
Dæmones:ac talem prohibet ſe pendere teſtem
Olim quippe feros & nigræ mortis amator
Ille nocens anguis deiectus culmine cœli
Cum pompis ſociiſq; ſuis omniq; nefandæ
Agmine militiæ chriſtum quem nouerat illic
Conſpicit in terris uelamine carnis opertum:
Et gemit eſſe hominū dominū uirtutis amicū

Mutus & ſurdus curatur.

DVmq; tyri tráſgreſſus iter ſydonia rurſus
Arua legēs placidas dn̄is calcauit harenas
Curauit gemino miſerum ſpiramine clauſum:
Qui uocem non ore dabat:non aure trahebat.
Sidereq; manus ruptis penetralibus omnes

Vtere pace mea. Pro eo quod eſt vade in pace. Abſcondi.i. ſi abſcondatur. Trepidat.i.timet. Lauans ſubandi ſe.quā ꝙ elegātius dicitur ego lauo ꝙ ego lauo me.Deterſa.i. mundata ſuis capillis.

IAmq; capharnee. Docente Jeſu in ſynagoga que erat capharnaū agnoſcens illum demum qui vexabat homines iuſſus ē a ſaluatore tacere. ex Marco capite.iiij. ꝛ Luce. iiij. Iniquus ſpiritus:ideſt demō. Infremuit.ideſt vociferatus eſt.

Quid nobis ꝛ tibi.i.quid eſt tibi commune nobiſcum. Quis ſis. quia es chriſtus. Semen dei.i.te genitum a patre deo. Imperio terrēte. Quia interminatus eſt illi Jeſus atq; imperauit:vt taceret. hoc eſt ne ſe apud multitudinē proderet. Auras vacuas. Opinione vulgi quod vacuū appellat illud quod nō ē plenū corpore ſolido. Fecit finem. Quia cū excluſione demonum excluſit quoq; morbos comitantes. Talē teſtem.ſcilicet improbū atq; mēdacē. Olim. ſ.cū primū creat⁹ eſt.antea ꝙ caderet. Amator mortꝭ. nō mortꝭ ſimplr̄: ſed eorū q̄ mortē conſequūtur. Anguis nocens. qui ſub anguis ſpecie decepit mulierem. Illic.i. in celo vbi erat.

Velamine carnis .i.ſub ſpecie humana. Gemit.dolet ex eo ꝙ hoīꝫ generi inuidet atq; multomagis ex quo tēpe carnē noſtram ſuſcepit. Dominum virtutis.i.tante poteſtatis.

DVmq; tyri. Venit Jeſus in phenicem:vbi mutū eundē q; ſurdūꝫ ſanitati. reſtituit. Ex marco ca.vij. Sidonia arua rurſus.q: ſup̄ dixerat illū veniſſe i fines tyri ꝛ ſydonis. Clauſū gemino ſpiramine.i. hñtē duo ſpiramēta clauſa hoc eſt Gutture faucibuſq; p̄ quas loquimur: et aurib⁹ qb⁹ vocē trahim⁹. Nō ore dabat loquēdo. Non aure trahebat.audiendo. Omnes fores patuere:ſcilicet os atq; au

Attactu patuere fores:letuſq; repente
Audiriq; loquens meruitq; audire loquentes

Cæcus illuminatur.

TV quoq; uirtutis ſenſiſti munus herilis
Procūbens oculis:cuius in lumine chriſt⁹
Expuit & ſpeciem ſimulate mortis ademit.

Multitudo piſcium capitur.

HInc maiora docēs populos cœleſtia ueꝝ
Se reſerat ſermone deū: turbaſq; ſequētes
Quæ nimis irruerant cupiens uitare parumper
Stagna petit:paruaq; ſedens ſimonis in alno
Littore ſiſtentem firmabat ab æquore plebem
Et dictis iam finis.erat.tunc altius actam
In pelagus iubet ire ratam:uaſtoq; profundo
Retia dimitti piſcantia:quæ nihil omnem
Claudere per noctem uacuo potuere labore
Simon paret ouans: & aquoſis gentibus inſtans
Linea clauſtra iacit.tantumq; immanis apertos
Impleuit captura ſinus:ut preda redundans
Turbaret geminas cumulato piſce carinas
Nam ſocia illic puppis erat.ſic maxima ſæpe
Gaudia nos ferimus:propenſaq; uota timemus
Quodq; deo facile eſt:hoīes optate nec audent.

Vnicus matri filius
ſuſcitatur.

TAlibus inſignis uirtutibus ibat in urbem
Quæ ſit dicta naī:populo uallat⁹ opimo
Et grege diſcipulum:miſerum cū cominus ecce

res q̄ ſunt q̄ſi quadā ianue. Attactu.i pulſatione. Manus ſyderc.i.xp̄i. Rapꝭ penetralib⁹ i.clauſtris hoc eſt impedimētꝭ.

TV quoq;. In bethſaida galilee ciuitate dn̄s cecū illuminauit expuendo in illius oculos Ex Marco ca. viij. Tu quoq; p̄cumbens oculis.i cui oculi procubuerunt.hoc eſt prociderunt.

In lumine.i.in oculis. Mortis ſimulate.q: cecitas eſt mortꝭ ſimilitudo.

HInc maiora. Jeſus in nauiculā cōſcēdit:vñ pp̄los docebat.

Petr⁹ p̄o cū retia in mare ieciſſet:nihilq; cepiſſet:iuſſ⁹ a ſaluatore iteꝝ iacere:magnaꝫ vim piſciū extraxit. Ex Luca.cap̄.v.

Nimis.i.plures. Stagna petit.ſ.genezareth. qd̄ alias ſtagnū tiberiadis appellatur. In ſimonis alno. Lego ſimonis in alno vt ſtet verſus. Nam ſimon penultimā genitiui producit. Alnū vero pro nauicula poſuit p̄ metonymiā .p̄ naui facta ex alno arbore. Siſtētem plebē.i. ſtantem. Firmabat.ſ. in fide ſuis ſermonibus. Finis.ideſt finierat ſermonē. Altius.i.in mare profundius. Claudere. i.in rethe claudere. Labore vacuo.i.ocioſo ꝛ vano. Aquoſis gentibus.i.piſcibus in aquis viuentib⁹. Linea clauſtra.i. retia ex ligno quibus piſces clauderent. Nā clauſtrum a claudēdo dicit. Immanis captura.i. maxima.Verg.vi.ene. Poſuitq; immania templa. Sinus.i. retis receptacula. Turbaret. Nam tanta fuit piſcium vis vt nauicule pene mergerentur. Nam vt dicit euangeliſta due erant illic. Propenſaq; vota. i.maxima.vt quod hic cōtigit de piſcium multitudine quod erat optandum ſed parū : abfuit qn onuſte nauicule mergerentur.

TAlibus inſignis. Cū veniſſet Jeſus in ciuitateꝫ naim vidit iuuenem efferri per portam qui matris miſericordie permotus mortuum vite reſtituit. Ex Luca. vij. Naim. Oppidum eſt diſtans a monte tabor contra meridiem duobus milibus paſſuum. Euſebius ꝛ Vieronymus auctores. Opimo populo:ideſt copioſo. Grege diſcipulū.pro diſcipulorum.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Afferre cominus. ideſt prope. Triſte miniſteriũ. Hemiſtichiũ eſt Vergilij. vj. eñ. Sors inuida. Fortuna que viſa eſt inuidere mulieri. Gemina vrna. Prima in qua mariti cineres cõpoſuit: τ altera nunc filij cõpoſitura erat. Pietas inimica doloris. i. que nõ patitur miſerum diu dolere. Parens dicto. i. obediẽs. Verg. j. eñ. Paret amor dicto care genitricis. Aſſurgit. Ad ṽba loquẽtis ſurgit alias aſſurgere eſt ad venientem honoris gratia ſurgere. Vergi. ij. Geor. Tmolus aſſurgit: quibus τ rex ipſe phanꝰ

Conſpicit afferri iuuenem: gelidumqꝫ cadauer
pluribus exequiis & inani funere paſſum
Triſte miniſterium cuius ſors inuida matrem
Iam dudum uiduam gemina uiduauerat urna
Nec remorata diu pietas inimica doloris
Auxilium uitare tulit: tactoqꝫ feretro
Surge ait o iuuenis. parenſqꝫ in tempore dicto
Mortuus aſſurgit: reſidenſqꝫ loquenſqꝫ reuixit
Atqꝫ comes genitricis abit: nam funere torpens
Ilicet amiſſæ paſſus diſcrimina uitæ
Non poterat famulus domino clamante tacere
Nec uita pſente mori. mox agmine uerſo
Deponens trepidum recidiuo tramite luctum
Candida fœlicem reuocauit pompa parentem

Magdalena a ſeptẽ demonibꝰ liberat.

Nec tibi parua ſalus dño medicante maria
Multiplici Ieſũ curauit uulnere ſenſum:
Quam fera ſeptenis rabies inuaſerat armis
Dæmonico cuneata globo: ſed ſquãmeꝰ anguis
Imperioſa ſacri fugiens miracula uerbi
Corde tuo depulſus abit: uolucreſqꝫ per auras
In chaos infernæ lapſus penetrale gehennæ
Septem ingens gyros ſeptena uolumina traxit.

Poteſtatẽ diſcipulis ſũmã a dño datã.

Neue redũdãtẽ cumulato germine meſſã

Funere torpens. ideſt motu τ ſenſu carens. Ilicet. Feſtus ſine dubio interpretatur Vergi. ij. eñ. Ilicet ignis edax. Vita preſente. ideſt chriſto. qui eſt via veritas τ vita. Ioãnis. capite. xiiij. Agmine verſo. ſcilicet domũ: vnde funus extulerant. Recidiuo tramite. ideſt remanſo. Pompa deponens luctũ. ideſt veſtes lugubres. Candida. ideſt ſumptis veſtibus candidis. Reuocauit. ideſt reduxit. Felicẽ. cui tam boni euenit. Nec tibi. ex marco. c. xvj. τ luca. c. viij. quo pacto ſaluator magdalenã a ſeptẽ demonibꝰ curauit. Non parua ſalus: immo magna: qppe q̃ profecta ẽ ab ipſa ſalute mũdi. Multiplici vulnere. i. ſeptem animi peſtibꝰ quas ſeptẽ demones inuſerãt. Quã inuaſerat fera rabies cuneata. i. in cuneũ inſtructa quaſi militarẽ. nã cuneꝰ agmini cuneati formã hꝫ. Globo demonico. i. acie cõglobata τ condenſata. Squãmeꝰ anguis. i. demõ qui ſub ſerpentis ſpecie hominẽ decepit. Miracula imperioſa. i. imperium mirabile. Verbi ſacri. i. xpi q̃ eſt verbũ pris. Lapſus. Cadens ſiue deſcendens. In chaos vbi nullꝰ ordo ſꝫ ſempiternus eſt horror. Gehenne inferne. hoc noie ſaluator noſter primus inferos appelauit. alio qui gehenna vallis ennon interpretatur. quem locum deus in libris regum τ in Hieremia ſe impleturũ cadaueribꝰ minatur. atqꝫ inde ſaluator noſter allegoricos gehennã locum penarũ q̃s mortui ſubibunt: pulchre vocat. Septem gyros. Ex Vergilij v. eneyd. Sumptus eſt hic verſus. et per gyros τ volumina ſpiras intelligit.

Ne ve redundantẽ. quo pacto ſaluator dedit duodecim diſcipulis ſuis facultatem eijciendi demonia: τ curandi morbos. ex Matth. c. x. dicit itaqꝫ. Ne dominus. fineret meſſem redundantem.

ideſt copioſam. ex eodem Mattheo. c. ix. meſſis inquit multa: operarij autẽ pauci. i. multi ſunt egroti: medici vero pauci. Languere. i. egrotare. Exiguis colonis. i. paucis operarijs τ eſt metaphora ſumpta ab agricolis. Diſcipulos alios. ordo τ ſenſus eſt. ſaluator precipit alios diſcipulos properare velut agnos inter lupos ſanguineos. i. cruentos. τ tamẽ per parentheſim. quoꝝ fuit mens conſcia recti. i. iuſticie. τ eſt emiſtichiõ. Verg. j. eñ. τ quoꝝ fuit pura ſimplicitas. i. nõ ſtolida aut ſubdola. τ quorum fuit libra aurea. aut ſtatera per quaꝫ ſignificatur iuſticia aut pondus duodecim vnciarum vt referat ad numerũ apoſtolorum. refulgens dixit: que aurea. Dicẽs. diſcipulis quos mittebat aſſumite. τc̃ Senſu virtutis fideli. q: hec poteſtas nõ poteſt niſi ex ṽtute fidei, puenire. Scorpionũ inimica venena. Vt ſter ṽſus lege. τ ſcorpij inimica venena. Feritas. i. ferarũ ſeuicia. Nec tãtũ. hoc ex Luca capite. x. ſumptum eſt vbi dicitur. Ecce dedi vobis poteſtatem calcãdi ſupra ſerpentes τ ſcorpiones et ſuper omnem virtutem inimici. τ nihil vobis nocebit. veruntamen in hoc nolite gaudere. quia ſpiritus vobis ſubijciuntur. gaudete autem quod nomina veſtra ſcripta ſunt in celis. Spiritus ater. diabolus. Eterno libro. ideſt libro vite de quo in apocalypſi cap. xxj. Non intrabunt niſi qui ſcripti ſunt in libro vite. Ius dei. ideſt lex diuina precepit. Preponere vitam factis. ideſt vite innocentiam miraculis: Ex Matth. cap. vij. multi dicent in illa die domine in nomine tuo demonia eiecimus. τ tũc confitebor illis quia non noui vos. diſcedite a me omnes qui operamini iniq̃tatẽ. Bono merito. i. bonis operibꝰ. Faciunt plerũqꝫ mali. ſicut pharaonis ſapientes qui per incãtatiões τ ipſi fecerunt miracula. Exodi. cap. vij. Arbiter orbis. i. mũdi opifex ideoqꝫ iudex. Neſcio vos. ex Matth. vt diximꝰ ca. vij. Tempore moſe. varijs modis declinatur. ſed hic per primã grecam noſtramqꝫ declinationem. Moſes moſe. ſicut anchiſes anchiſe Carminibus varijs. incãtationibus Vergil. carmina vel celo poſſũt deducere lunam. Quidam. ſapientes vt diximus Pharaonis. In oris memphitis. i. in terra memphitide. i. egyptia vbi fiebant ea miracula. nã mẽphis ciuitas eſt egypti non longe a babylone egyptia que nunc cairus dicitur. Sponte dei. ideſt permiſſiõe diuina. Sed ymagine falſa q: illi non erãt veri ſerpentes ſed apparentes viſui hominum.

Exiguis dominus ſineret languere colonis:
Diſcipulos alios: quorum mens conſcia recti
Puraqꝫ ſimplicitas numero meritoqꝫ refulgens
Aurea libra fuit: uelut agnos præcipit inter
Sanguineos properare lupos: aſſumite dicens
Iura poteſtatis: nullum metuatis ut hoſtem.
Vipereaſqꝫ minas: & ſcorpionũ inimica uenena
Oĩa uirtutis ſenſu calcate fideli.
Nulla meis famulis feritas aduerſa nocebit.
Nec tantum hoc gaudete uiri: quod ſpiritus ater
Subiaceat uobis: quantum quod nomina ueſtra
Scripſit in æterno cœleſtis littera libro.
Ius eſt quippe dei uitam præponere factis.
Nam merito ceſſante bono miracula nil ſunt:
Quæ faciũt plerumqꝫ mali. quibus arbiter orbis
Neſcio uos dicturus erit. diſcedite cuncti
Artifices ſcelerum: rebus qui ſemper iniquis
Diuinum ſimulaſtis opus. ſic tempore moſæ
Carminibus quidam uanis memphitis in oris
Signa dabant ſponte dei: ſed imagine falſa
Viſibus humanis magicas tribuere figuras.

Hydropiſin curatam.

Poſt phariſæoꝝ cuiuſdã principis intrat

Poſt phariſeoꝝ. quõ in domo pricipis phariſeoꝝ die ſabbati curauit hydropicum. ex Luca. ca. xiiij.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Clarificare domum:non eſcam ſumere tantum.
Ad quam tunc facili cõuenerat ipſe precatũ.
Hic homo perſpicuo diſtentus uentre tumebat.
Plenus aquæ: grauidãq; cutẽ ſuſpenderat aluus
Incluſam paritura necem.iam membra fluebãt
Accreſcente ſinu:miſeroſq; infuſa per artus
Turgida perflatum macies tenuauerat ægrum.
Inq; uteri ſpacium totus cõuenerat hydrops.
Non tulit hanc ſpeciẽ mundi pater:& ſua trãſit
Sabbata non curans hominem curare paratus:
Quẽ uoluit magis eſſe ſuum: nã ſabbata propter
Cõdita ſunt hoiem:ſed nõ homo ſabbata ꝑpter
Tum pius humentem ſiccata corporis unda
Iuſſit abire luem.fluidus mox uiſcera morbus
Deſerit & uacue reſident in pectore fibræ.
Carnalemq; lacum peſtis lymphata relinquit.

Leproſos decem mundatos.

Cœperat interea dñs galilæa per arua
Tranſgrediẽs ſancto quoddã pede tãgere caſtrũ.
Hunc ꝓcul ubi uidere decẽ maculoſa gerentes
Leproſi portenta uiri:quos corpore fœdo
Diſcolor obſcœnis turbabat pœna figuris:
Præceptor:miſerere:potes namq; omnia ieſu
Clamantes dixere ſimul.tunc flexa poteſtas
Quæ nunq̃ pietate uacat:clæmentior infit.
Ite:ſacerdotum conſpectibus ora referte.

Vnius ex decem gratitudo.

Cumq; uiã peterẽt ſubito mũdata uiciſſim

Clarificare. illuſtrare quia locus vbi aliquod miraculũ fit. efficitur illuſtris. Ad quam. domum ſine eſcam hoc eſt conuiuium. Facili precatu. quia facili ſaluator precibus dabat locum. Homo diſtentus. idest non modo plenus. ſed refertus. Aluus ſuſpenderat cutem. grauidam ſubaudi aqua. idest vẽter ipſe ſuſpẽſus eſt ex nimio tumore. quale eſt illđ Perſij pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extat. Paritura necẽ. idest mortem allatura. Et macies infuſa per artus. quia creſcente aluo decreſcit membra reliqua. et eſt emiſtichon Vergilij ex. vj libro eneyđ. Totoſq; infuſa per artus mens agitat molẽ. Totus hydrops. i. humor ille aqueus. Non tulit hanc ſpeciem. idest hãc rei indignitatem. ⁊ eſt Vergi. ij. ene. Nõ tulit hanc ſpeciem furiata mente chorębus. Mundi pater. i. creator. Trãſit. idest profanat tranſgreditur q;. Sua ſabbata. Nam in exodo ⁊ in leuitico ſua ſabbata frequenter appellat. Non curans Repete iterum ſabbata. Magis ſuum. ſubaudi q̃ ſabbata. Propter hominem. vt tali die ceſſaret a labore ⁊ vacaret diuinis. Luẽ humentem. i. peſtem illam ex nimio humore prouenientem. Morbus fluidus. ad aque naturã retulit. Fibre. i. vene tenues ꝑ quas labitur humor. Reſident. idest contrahunt cum antea prominerent. Peſtis lymphata. i. aque. Lacum carnalemq;. nam tres hydropis ſpecies ſunt tympanitis. aſcytis. hypoſarca. de q̃ nunc loquitur. vnde ſubcarnea interpretatur.

Cœperat. qđ ingrediens in quoddam caſtellum occurrerunt ei decem viri leproſi ⁊c̃. Ex Luca. cap. xvij. Gerentes portenta maculoſa. idest lepras varij coloris. Unde ſubdit pena diſcolor. idest morbus: Unde in leuitico genera leprarũ ex colore diſtinguntur. Poteſtas. idest chriſtus qui eſt patris brachium per quem operatur. ⁊ cui data eſt omnis poteſtas. Matthei capite vltimo. Infit. dicit.

Cumq; viam. Ex eodem argumento ſumpto ex eodem euangeliſta.

Mirantur ſua membra uiri:uariumq; tuentes
Eſſe nihil ſeſe pariter ſpeculantur:& omnes
Explorant proprias alterno lumine formas.
Ex quibus ut grates agerent pro munere tanto:
Vix unus reduci conuerſus tramite pronus
Sternitur ad terram dñm uirtutis adorans:
Atq; ſacerdoti uero ſua protulit ora.
Deniq; pontificũ princeps ſummuſq; ſacerdos
Quis niſi chriſt⁹ adeſt gemini libaminis autor
Ordine melchiſedech:cui dãtur mũera ſemper
Quæ ſua ſunt ſegetis fructus & gaudia uitis.

Cæcum curatum.

Cum reſidens cæcus timæi filius illud
Propter iter:dñm ꝑ qđ cognouerat ire:
Vociferans crebro lumen clamore petiſſet
Nec populo prohibente tacens:accedere iuſſus
Ad dominũ palpante manu:uiſumq; recepit.
Et nullo docente redit.quam fortiter inſtat
Importuna fides?quicquid res dura negarit:
Sola frequens uotis oratio præſtat honeſtis.
Vnanimem panem ſic ille petebat amicum:
Qui foribus clauſis per opaca ſilentia noctis
Obnixeq; diu confidenterq; neganti
Vocibus aſſiduis precibuſq; extorſit anhelis.

Cum ſamaritana collocutio.

Præterieſq; uiæ domin⁹ loca ſamaritanæ
Humanã flagrante ſitim collegerat æſtu:
Fonſq; perennis aquæ modicã deſiderat undam

Nihil variũ. vt ſupra diximus varij coloris. ſed oia erant vnicoloria. Alterno lumine. i. alternatim ſe aſpicientes oculis. Reduci tramite. i. via illo reducente actiue alioqui paſſionem ſignificat. vt verg. j. eñ. nãq; tibi reduces ſocios claſſemq; relatã. Dñm virtutis. ſ. ad miracula facienda. Vero ſacerdoti. nã q̃ precefferant figurati erant puta melchiſedech. ⁊ aarõ. Põtificũ princeps. idẽ eſt qđ ſumm⁹ ſacerdos. Adeſt. ꝓ eſt hoc eſt cõpoſitum pro ſimplici. Autor gemini libaminis. i. inſtitutor ſacrificij cuius materia duplex eſt panis videlicet vinumq;. Munera. i. ſacrificia. Ordine melchiſedech. ex pſ. cix. Tu es ſacerdos in eternum ſm ordinẽ melchiſedech. Que ſua ſunt. ſi igiť ſua ſunt: non dantur: ſed reddũtur. Fructus ſegetis. i. panis Et gaudia vitis. idest vinum quod letificat cor hominis. Ex pſalmo. ciij.

Cũ reſidẽs. quõ reſtituit integritati luminis timei filiũ a natali cecũ ex Luca. c. xviij. Propter illud iter. i. iuxta illđ iter. Vergi. in bucco. ꝓpter aque riuũ viridi ꝓcũbit in vlua. ⁊ eſt ordo. cũ vociferãs neq; tacẽs populo ꝓhibente illũ tacere. Palpante manu. i. per tenebras explorãte. Nullo docẽte. i. iter ꝑ qđ domũ rediret monſtrante. Fides qualis fuit in ceco. Res dura. i. difficultas: ſic Verg. j. eñ. Res dura ⁊ regni nouitas. Uotis honeſtis. non improbis qualia ſunt eorũ qui petũt bona fortune. Unanimũ amicũ. ex luca c. xj. quis vr̃m habebit amicum. ⁊ ibit ad illũ media nocte ⁊c. Per opaca ſilẽtia noct. i. per noctem ſilentem ⁊ opacã. Precibus anhelis. idest laborioſis.

Præteriens. Qđ ſaluator cũ iter faceret ꝑ ſamariã atq; ex via feſſus ad puteum collecta ſiti ſederet. cum muliere ſamaritide collocutus eſt multa. Ex Joan. cap. iiij. Humanam ſitim. i. qua parte homo erat. vnde lãguores nr̃os ipſe tulit. ⁊ dolores nr̃os ipſe portauit. Eſai. liij. Fõs pẽnis aq̃. de quo pſal. xxxv. apud te eſt fons vite. ⁊ Eſa. xij. haurietis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Qua corpus erat.i. homo corporeus. Tūc accola gentis. quid ſi legas incola. Paruū hauſtū. ideſt breuem vrnā. Lymphe periture. non qualis illa de qua ſaluator tūc dixit. Fiet in eo fōs aque ſalienti in vitam eternā.
Numeroſo cōiuge. quippe q̄ viris quinq̄ nupſerat. Fluenti inexhauſti.i. flumina perēnis
Gurgite chriſti. ideſt baptiſmate ſpirituſſancti. Anime. quoniā eo anima lauat̄. Non corporis. quoniaꝫ effectus ſacramēti nō corpe ſed aīa terminat̄.

Cumq̄ ſui. quo pacto mulierē adulterā ſaluator abſoluit. ex Joā.c.viij. Cūq̄ reſidens Subaudi ſaluator. Media teſtitudine tēpli. ex. Ꝟg.j.eñ. tū foribus diue media teſtudine templi. Sui.i. ſibi dicati. Ore tonās pr̄is. q: ipſe ꝟbū pr̄is eſt. Ecce trahebat̄. verſus eſt cōpoſitus ex duob⁹ hemiſtichijs ꝟgilianis primū ex.ij.eñ. Ecce trahebatur paſſis priameia ꝟgo. alteꝝ ex.j. eñ. magna iuuenū ſtipāte caterua. Lapidāda. ex lege moſis leuitici.c.xx. Siſtēs ſtatuēs. Oib⁹ illis. q: illoꝝ cōparatiōe mulier iuſtior eſt inuēta. Saxū miſſile.i. mittendū. Feriens contagia meche.i. mechā q̄ malo exēplo aliaꝝ peccauit. Feſtucam paruā. ex math. c. vij. Quid vides feſtucā in oculo fratris tui: ⁊ trabē in oculo tuo non vides: q̄ſi q̄ illoꝝ accuſatoꝝ. Vellere feſtucā.i. dānare pctm̄ leue. In ꝓprio lumine.i. oculo ſuo. Grādē trabē.i. maius peccatū. Impet⁹.i. phariſeoꝝ furibūdus conatus. Clemēs ſentētia.i. clementi iudicis ſenſura. Donat culpam.i. remittit pctm̄. Sub conditione. nam mulieri ſaluatoꝝ dixit. vade ⁊ iā noli amplius peccare. Nā vomitū h̄ ſumptuꝫ ex prouerbioꝝ ca.xxvj. Sicut canis inquit qui reuertitur ad vomitum ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtulticiam ſuaꝫ.

Vt biberet: qua corpus erat. tunc accola gentis
Stans mulier: paruū puteo quæ traxerat hauſtū:
Cum dare cunctatur perituræ munera lymphæ:
Agnoſcens propriam numeroſo coniuge uitam
Orat inexhauſti tribui ſibi dona fluenti
Aeternam poſitura ſitim: qua nemo carere
Dignus erit domini niſi merſus gurgite chriſti
Percipiat placidas animæ non corporis undas.

De muliere mœcha.

Cumq̄ ſui reſidens media teſtitudine tēpli
Ore tonās patrio directi ad peruia callis:
Errantem populum monitis conuertit amicis
Ecce trahebatur magna ſtipante caterua
Turpis adulterii mulier lapidanda reatu.
Quam phariſæa man⁹ placido ſub iudice ſiſtēs
Cū damnare parat: plus liberat omnibus illis.
Nā ſimul e turbis proprio ſine crimine nullus
Accuſator erat: ſaxum qui miſſile primus
Sumeret obſcœnæ feriens contagia mœchæ.
Nec poterat quiſq̄ feſtucam uellere paruam
Ex oculo alterius: proprio qui lumine grandem
Sciret ineſſe trabem. profugus ſic ille receſſit
Impetus: & clemens donat ſententia culpam
Iam non peccandi ſub conditione ſolutam.
Nam uomitum quicūq̄ ſuum canis ore relābit:
Nec ueterē ſtudet hic ueniā: nec habere futurā:
Huius damna tenens huius cōpendia perdens.

Cæcum a natali reſtitutum

Canis ore.i. ad morem canis. Veterem veniam. q̄ſi illam perdit: ⁊ non eſt dignus venia futura ſi peccauerit. Damna huius.i. venie preterite. Perdens compendia huius.i. future venie. ⁊ poſuit compendia pro vtilia ſicut diſpendia ſunt detrimenta.

Inde meās. quō ſaluator cecū a die geniture ſue reſtituit luci. ex Joā.c.ix. Inde.i. a templo vbi cum phariſeis diſputauit. Genitū cecū.i. natū. Male dilapſus.i. infeliciter ort⁹. In lucē ſine luce.i. in hāc vitalē aurā ſine lumine oculoꝝ. Cōditor ſanguinis humani.i. gn̄is. Verg. nec puerū nr̄i generis nec ſanguinis edūt. Origo.i. principiū. Mēbra imꝑfecta.i. orbata lumia. Proprij opis.i. hois quē creauit. Natale lutū.i. cōnaturale q: hō ex luto factus eſt. vnde adā dict⁹ ad adama qd̄ ex hebreo terra interpretatur. Per clauſtra genaꝝ.i. palpebrarū q̄ ſunt quaſi ianue oculoꝝ. Supplet.i. qd̄ deeſt apponit. De ſemine veteri.i. ex materia de q̄ primus creat⁹ eſt. Ad vndā ſiloā. vade inq̄t dn̄s ⁊ laua i natatoria ſiloe ⁊ ſubdit euāgeliſta qd̄ interp̄tat̄ miſſus. Limi cōſanguinei.i. eiuſdē nature vt dixit. Fouiſſet.i. recreaſſet lauiſſetq̄. Gemellæ acies.i. orbes oculoꝝ pares. Effulgēt vultib⁹.i. facie ſplēdēt.
Ignotū diē.i. ſolē quē nūq̄ viderāt. Cognoſcite cūcti. ad cognoſcendū allegoriā hortatur. Nā per cecū intelligim⁹ genus hūanū qd̄ iā inde ab initio mūdi tenebris inuolui a via recta declinauim⁹. Sꝫ dignāte deo. qn̄ venit plenitudo tēpis cū miſit de⁹ filiū ſuū natū ex muliere factū ſub lege: vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret. ad galatas. cap. iiij. Tegminis hūani. ad philippēſes.c.ij. in ſilitudinē hoim fact⁹: ⁊ habitu inuent⁹ vt hō. humiliauit ſemetipm̄. Terra ſalutaris.i. xp̄i humanitas q̄ ſalutē attulit. Abluta fontibus ſacris.i. baptiſmate. a pctō originali mūdata. nō in xp̄o ſed in nobis qui cū illo ſum⁹ vnū corp⁹ myſticū.
Reſerat ſpiramina clara. ideſt feneſtras aperit. Lucis renaſcentis.i. ex cecitate reſtitute.

Bethanieq̄ ſolū. Quo pacto precibus ſororum permot⁹ Jeſus lazarū ex quatriduo mortuum vite reſtituit. Ex Joanne cap.xj. Bethanie ſolum. Villa ſiue potius vicus erat lazari ſororumq̄ eius ſecundo a hieroſolymis millario mōtis oliueti. autor Euſebi⁹. Occidua ſorte. q: ſtatutū eſt hoib⁹ ſemel mori.
Sepulchri marmore. ideſt marmoreo ſepulchro. Exhalabat. ſpirabat. Populatio preſens. ideſt inde qui venerant vt ſorores conſolarentur. ⁊ poſuit improprie populationem pro populo.

Inde meās genitum cernit conſidere cæcū:
Qui male ꝓgnātis dilapſus uētre parentis
In lucem ſine luce ruit: tunc ſanguinis ille
Conditor humani mundiq̄ orientis origo
Imperfecta diu proprii non paſſus haberi
Mēbra operis: natale lutū per clauſtra genarū
Illiniens hominē ueteri de ſemine ſupplet.
Nec uiſum tamen ante capit: quā uoce iubentis
Accepta domini ſiloam ueniſſet ad undam:
Et conſanguinei fotus medicamine limi
Pura oculos fouiſſet aqua. mox ergo gemellæ
Vultibus effulgent acies. tandemq̄ merentur
Ignotum ſpectare diem. cognoſcite cuncti
Myſtica qui doceant animos miracula noſtros.
Cæca ſumus proles miſeræ de fœtibus euæ
Portantes longo natas errore tenebras.
Sed dignante deo mortalem ſumere formam
Tegminis humani: facta eſt ex uirgine nobis
Tetra ſalutaris: quæ fontibus abluta ſacris
Clara renaſcentis reſerat ſpiramine lucis.

Lazarū mortuum uite reſtitutū.

Bethaniæq̄ ſolū repetens intrarat: ibiq̄
Lazar⁹ occidua tumulatus ſorte iacebat
Iam quarto ſine luce die: clauſuſq̄ ſepulchri
Marmore corruptum tabo exhalabat odorem.
Flebant germanæ. flebat populatio præſens.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sed corpore. i. qua erat homo non qua deus erat. Artus exanimes. i. lazarum mortuū. Dolebat illa pro parte. ſ. humanitatem quā aſſumpſit. Impleuit amicū. i. ſparſit lazarum quē amabat. Quid mora ris credere: nā videbatur ſubdubitare: cum chriſto pollicenti fratris ſuſcitationem reſpondit ſcio quod reſurget in nouiſſimo die. Quid ve maria gemis? Proſtrata ad pedes ſaluatoris. Dubitatis deeſt Particula interroganti. ne vel an: vt ſit ſenſus an dubitatis ꝙ chriſtus ⁊c. Tuba quia voce magna clamauit. Lazare veni foras.

Tartara diſſiliunt. ideſt inferi dehiſcunt. Erebi receſſus. id eſt inferorum penetralia. Letale chaos. ideſt mortis locus.

Lex perit. quia contra legem mortis lazarus ab inferis eſt re uocatus. Medulas. ideſt corporis loca vbi eſt anime ſedes.

Cadauer viuens. nō quod cadauer viuat: ſꝫ ꝙ cadauer quod fuerat mortuum nunc viuit homo. Poſt honorem ſepulchralem. ideſt poſt exequias in honorem defuncti peractas. Ipſe ſibi. ordo eſt. moriens recreatus extat ſibi poſthumus ⁊ heres. i. ſibiipſi ſucceſſor ⁊ ſuperſtes. nā poſthumus eſt qui mortuo patre naſcitur. Extat. ideſt permanet.

Vt Que caduca. ꝙ ieſus lazaro ſuſcitato vēit hieroſolimas vbi magnifice fuit ſuſcept⁹ acclamātib⁹ cunctis oſanna filio dauid. Ex Matth. ca. xxi. ⁊ Joā. c. xij. Vtque caduca. Ordo ē. vt xp̄s monſtraret ſe deum nō ſulcauit iter puluereū equo. ſed aſello p ni p̄cij. ⁊c. Cōtēnens culmina ideſt ſuperbiā. Secli vagi. id eſt fluctuātis. in hoc magno mari ⁊ ſpacioſo. Mōſtraret ſe deum. Cōtēnendo ea q̄ ab homib⁹ magni eſtimant. Curribus altis. more triūphantiū. Quadrigis rapidis. ideſt quattuor eq̄s ſub curru iūct. Iter puluereū. q2 puluis excitat equorū curſu. Eq̄ fremētis. hinnientis. Ver. i. geor. Tuque o cui prima fremētē fudit equū. Pict⁹ ⁊ oſtro. i. ſtragulo purpureo. ⁊ ex Ver. iiij. eñ. oſtroque inſignis et auro ſtat ſonipes ⁊ frena ferox ſpumātia mandit.

Lento geſtamine. quia aſin⁹ ingreſſus lentus eſt. Vergi. pri. geor. Tardi coſtas agitator aſelli. Rectori. seſſori. Leuis vngula. Atqui aſellus vt dixit tardus eſt. quomodo igitur nunc leuis dr̄. ſed poſuit leuis, p vilis vt ſupra.

Flebat & omnipotens: ſed corpore non deitate.
Exanimeſqꝫ artus illa pro partu dolebat
Qua moriturus erat: lachrymiſqꝫ ipleuit amicū
Maieſtas domini: qd credere martha moraris:
Quid ue maria gemis: xp̄s dubitatis amicum
Poſſit ab infernis hoiem reuocare cauernis:
Qui dabit inumeras poſt funera ſurgere turbas?
Ergo ubi clamantis dn̄i ſonuit tuba dicens
Lazare perge foras: magno cōcuſſa pauore
Tartara diſſiliunt. erebi ꝑatuere receſſus.
Et tremuit lætale chaos. mortiſqꝫ profundæ
Lex perit. atqꝫ anima proprias repetēte medulas
Cernitur ante oculos uiuens aſtare cadauer.
Poſtqꝫ ſepulchralem tanq̄ recreatus honorem
Ipſe ſibi moriens & poſthumus extat & heres.

Aſino inuect⁹ ingreditur
hieroſolymas.

Vtqꝫ caduca uagi contēnens culmina ſæcli
Mōſtraret ſe rite deū: non curribus altis:
Qui pōpe mortalis honos: rapidiſqꝫ quadrigis
Puluereum ſulcauit iter: nec terga frementis
Ardua preſſit equi: phaleris qui pictus & oſtro
Ore cruentatum mandenti concutit aurum.
Sed lento potius geſtamine uilis aſelli
Rectori ſuffecit honos. leuis ungula cuius
Vt tanto feſſore decus mirabile portans

Nobilior ſub faſce foret: non illius impar
Qui patulo chriſtum licet in preſepe iacentem
Agnouit tamen eſſe deum. plebs oīs adorans
Inſolito molles ſubiecit tramite ueſtis.
Dicite gentiles populi cui gloria regi
Talis in orbe fuit? cui palmis cōpta uel unq̄
Frondibus arboreis laudem cœleſtib⁹ hymnis
Obuia turba dedi: dn̄o niſi cum patre chriſto:
Qui regit æthereū princeps in principe regnum

Cœlii Sedulii mirabilium diuinorum. Liber quintus.

Chriſtum a patre clarificatum.

HAs iter uirtutes opes iā ꝓxima paſchæ
Cœperat eē dies: dn̄i cū gloria uellet
Ponere mortalē uiuāqꝫ reſumere carnē
Nō aliā: ſed rurſus eā: quā munere plenam
Lucis ab infernis reuelans ad ſydera duxit.
Exclamanſqꝫ palam pater iſta memet in hora
Saluifica. ſed in hanc ideo ueni tamen horam.
Clarificaqꝫ tuum inquit nomē. magnaqꝫ cœlo
Vox reſonans uenit per nubila clarificaui:
Clarificabo iterum. quid apertius eſt patre teſte.
Cœlo aſſertore. at nec ſic agnoſcere chriſtum
Gens noluit iudæa deum: pars eſſe ferebat
Hoc tonitrum. pars angelicā crepuiſſe loquelā.
O gens ſæca oculis. o gens duriſſima corde.
Nū potuit tonitrus chriſtum ſeu angelus ullus

Foret nobilior ſub faſce. i. quod geſtatio illa xp̄i honorifica eſſet ipſi aſino vehēti. faſcem vero poſuit ꝓ onere. Verg. in buc. ego h te faſce leuabo. Nō illius. ſ. aſini alluditqꝫ ad illō. Eſai. c. j. cognouit bos poſſeſſorē ſuū ⁊ aſinus preſepe domini ſui. qđ eſt adimpletum in eo qđ ſcribit euangeliſta ꝙ reclinauit ieſum recens natum in preſepio quia nō erat locus in diuerſorio. Qui patulo in p̄ſepe. Lego patula vt ſtet ratio grammatice. nam h preſepis dicitur. vt apud Catonem ⁊ Varronē ſepe. Inſolito tramite. i. inſueto quia nunq̄ tale aliquid eſt factum. in honorē hoīs mortalis. Cui regi. ac ſi dicat nulli. Cui ſub regi. Turba cōpta. i. ornata ſiue coronata palmis vel frondibus arboreis.

Obuia. in occurſum procedēs.

Dedit laudē hymnis celeſtibus. i. ſoli deo debitis. ac ſi dicat Nulli niſi xp̄o dn̄o noſtro per redēptionē. Cū patre. cui equ⁹ datur honos. Qui princeps. ſ. pater. Regit regnū etthereū.

In principe. i. in filio. per quē oīa creauit ⁊ in quo oīa moderatur. ipſo dicēte mihi data eſt omnis poteſtas in celo ⁊ in terra.

HAs inter virtut. ꝙ ante ſex dies paſche quo xp̄e habitu triūphali itrauit hieroſolymas adſtantibus diſcipulis ⁊ alijs ex populo ieſu dicente. Pater clarifica me ex hac hora venit vox de celo dicens. Et clarificaui ⁊ iterum clarificabo. Ex Joāne cap. xij. Inter virtutis opes. i. diuine potentie miracula. Dn̄i gloria. i. dn̄s vt ita dixeri͂ glorioſus.

Carnē mortalē. i. hominē moriturū. Viuā. i. immortalē. poſt reſurrectionē. Non aliam. ſed eandem numero. quale eſt illud Job. quem viſurus ſum egoipſe ⁊ non alius. Ideo ſubdit. Sꝫ eam quam plenam munere. i. locupletam inferorum ſpolijs.

Duxit ad ſydera. cum poſt reſurrectionem celos aſcendit. A lucis infernis. nō q2 apud inferos ſint arbores. ſed alluſit ad etymō nois q̄ per cata antiphraſin dr̄ luc⁹ q̄ſi luce carens. Ver. vj. eñ. Luc⁹ hitam⁹ opacꝗ. Celo aſſertore. i. voce de celo deſcēdēte. ⁊ mutat gen⁹ maſculinū neutro. ſicut illud tps repertor.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Suū autorē. i. cōditorē oīū rex. Noīe pr̄is. i. cū filiꝰ illū p̄rem uocauit. Suo x̄bo. i. filio.

A Nnua tūc ſacre. q̄ ieſus a cena ſurgēs dpoſuit veſtes ⁊ accepto linteo miſit aquam in peluim ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū ex Ioā. c. xiij. Celebrās. i. xp̄us cū diſcipulis ſuis. Paſchales dapes. i. agnū illuꝫ paſchalē. Ex more. iuxta legis preceptū. Exo. xij. Per officia annua. q: phaſe quot annis celebratur. Aſſurgit. a cena ſurgit Tantū honorē q̄uis erat chriſti dei hominiſqꝫ. Nec iudā. quia ⁊ ipſe pedes quoqꝫ lauit. Illa gloria. qd̄ xp̄s tibi pedes lauerit. Nil dabat. p nō dabat. Senſu. mente. Velut omne ſepulchrum ex eo quod ſaluator cōparat hypocritas ſepulchris a parte exteriori depictis. ab interiore ſcatentibus vermibus.

N Ec dn̄m. q̄ ieſus diſcipulis ſuis dicēs q̄vnꝰ ex illis eēt cū traditurꝰ ſeqꝫ inuicē aſpicerent. ioannes admonitꝰ a petro recūbēs ſupra pectꝰ dn̄i accepit riſum. ille inquit eſt: cui ego panē intictū porrexero. ex Ioā. ca. xiij. Deide autor inuehit in proditorē. Latuere doli. Vergi. j. eñ. Nec latuere doli fratrē iunonis: ⁊ ire. Prodidit autorē. i. ioanni reuelauit illū eſſe. cui panē eſſet porrecturus. Panis tradēdꝰ. Ego ſuꝫ inq̄t panis viuꝰ qui de celo deſcēdi. Duo munera ſāxit. i. ſtatuit h̄ ſacramētū ſub materia panis ⁊ vini. Quo perpete. i. continuato illo cibo ⁊ potu. nā perpes ſiue perpetuū ſignificat aliquid cōtinuatū. Fideles ſine labe. i. ſine pc̄to. Protinꝰ in iudā. ait nāqꝫ euāgeliſta. ⁊ cū accepiſſet buccellā: introiuit in euꝫ ſathanas. Liuor habebat ſedes i. habitabat inuidia: q̄ fuit illū ꝓdendi cauſa. Arma ſumens in dn̄m. i. ꝯſilia rebellādi ⁊ deſcidēdi a dn̄o. v̄g. ij. eñ. ⁊ ꝯtrere cōſciꝰ arma. Bellum ſeruile. qd̄ ſerui mouent ꝯtra dn̄os. qualia fuerunt multa apud romanos.

Autorem genuiſſe ſuum: qui nomine patris
Audito reſponſa daret. ſed ab ore tonantis
Natum agnoſcentis populꝰ quo crederet adſtās
Vox emiſſa ſuo reſpondit conſona uerbo.

Lauat diſcipulorum pedes.

A Nnua tūc ſacre celebrās p munera cœnæ
Paſchales ex more dapes: humilemqꝫ miniſtrum
Se faciens & grata ſuis exempla relinquens
Aſſurgit: famuliſqꝫ libens famulatur: & omnem
Lintheolo accinctus tantum inclinauit honorē.
Diſcipulis ut ſponte lauans ueſtigia cunctis
Nec iudam exciperet: quem proditionis iniqꝫ
Nouerat autorē: ſed nil tibi gloria ſæue
Traditor illa dabat pedibus conſiſtere nudis:
Qui ſenſu pollutus eras. uelut omne ſepulchrū
Exteriora gerens albæ uelamina formæ
Sordibus interius fœdoqꝫ cadauere plenum.

Iudæ proditionem inſectatur.

N Ec dominū latuere doli: ſceleriſqꝫ futuri
Prodidit autorē: panē cui tradidit ipſe:
Qui panis tradendus erat. nam corporis atqꝫ
Sanguinis ille ſui poſtq̄ duo munera ſanxit:
Atqꝫ cibum potumqꝫ dedit: quo perpete nunq̄
Eſuriēt ſitientqꝫ animæ ſine labe fideles:
Protinus in iudam ſedes ubi liuor habebat:
Spiritus intrauit teterrimus: armaqꝫ ſumens
In dominū ſeruile dedit conſurgere bellum
Pactus grande nefas parua mercede. neqꝫ illi
Culpa datur precio: ſed inhærent crimina facto.

Illi precio. ſ. paruo. quia non in precij q̄ntitate eſt culpa. ſed in facto.

Tantundem ſceleris terdena numiſmata ſumēs
Argenti paruo cæcatus munere geſſit:
Quantum cuncta ſimul terrarū regna mariſqꝫ
Diuitias omnemqꝫ uagis cum nubibus æthram
Si caperet: geſturus erat: neqꝫ enim bona mundi
Sufficerent magni fuſo pro ſanguine xp̄i:
Qui pater eſt mūdi: qui fecerat hūc quoqꝫ naſci.
Atqꝫ utinā ſterili damnatus matrem nequiſſet
Natalem ſentire diem: nec luminis huius
Hauſiſſet placidis flabris uitalibus auras
Aeterno torpore latens: miſeroqꝫ fuiſſet
Sors melior neſcire datam quā perdere uitam
Aut male fuſus humo confeſtim munera lucis
Perderet ut puluis quem uentus proiicit ingens
A facie terræ. rapidiſqꝫ uolatibꝰ actus
Spargitur in uacuas nebulas obſcurior umbris.
Tu ne cruentæ. ferox. audax. inſane. rebellis.
Perfide. crudelis. fallax. uenalis. inique
Traditor immitis. fere proditor. impie latro.
Preuius horribiles comitaris ſignifer enſes?
Sacrilegamqꝫ aciem gladiis ſubdibuſqꝫ minacē
Cū moueas: ore ora premis? melliqꝫ uenenum
Inſeris: & blanda dominū ſub imagine prodis?
Quid ſocium ſimulas: & amicū fraude ſalutas?
Nunq̄ terribiles aut pax coniurat in enſes.
Aut truculenta pio lupus oſcula porrigit agno.

Malcho auriculā amputatā reſtituit.

T Raditꝰ ergo uiris operator ſanctus iniqs

Tantundem ſceleris. ordo eſt ſumens terdena numiſmata argenti. i. triginta argenteos. cecatus paruo munere. tantundem ſceleris geſſit: quantum geſturꝰ erat ſi caperet cuncta regna ⁊c̄. Aethrā. i. etherā. alias etheris ē ſplēdor. Sufficerēt. ſ. ad emptionem. Qui pater eſt mūdi. id eſt creator. Hunc naſci. ideſt per quem ⁊ in quo eſt creatus. Atqꝫ vtinā ſterili. ex eo ſumptū eſt quod euangeliſta ſcribit xp̄ꝫ dixiſſe de proditore. ve hoī illi: p quē filius hominis tradet̄ bonū erat ei: ſi natꝰ nō fuiſſet hō ille. Sterili matre. i. q̄ genitus non fuiſſet. ſed quomodo dānatus: ſi nō eſt: nimirum q: hoc ipſum non fuiſſet malum eſt: vt ille apud Ciceronē in thuſculanis argumentatur. Nec luminis huius. ex Verg. j. enei. auras vitales carpis. Flabris vitalibꝰ. ideſt ſpiritibus aſſlendo dictis: in quibꝰ eſt hoīs vita. Torpore. ideſt motus ⁊ ſenſus priuatione. Sors melior. idem ſed aliis verbis dicit. Aut male fuſus. i. infeliciter natus: in terra poſitus. ex antiquorum conſuetudine qua recens nati in terra ſiſtebantur: ⁊ tū leuabant̄. vñ eſt dea leuana. Auguſtino. in quarto de ciuitate. Ut ventꝰ. Ex pſal. j. accepta eſt hec cōparatio. Actꝰ exercitatus ⁊ cōmotꝰ. Volatibꝰ rapidis. i. volucribus ventis. Obſcurior vmbris. Ob pulueris ſpiſſitudinē. In vacuas nebulas. in aeris inanitatem in q̄ nebule conſiſtunt. Tu ne cruēte: acerbe inuehit̄ in proditorem appellans illuꝫ multis infamie nominibus. Preuius comitaris. at contraria ſunt preire ⁊ comitari: ſꝫ ſtare poſſunt ſimul diuerſis rationibus. nā quia precedit duces alios eſt preuius. q: iungit ſe centurioni eſt comes. Ore ora premis. ideſt oſcularis. Sub imagine blanda. ſub oſculo. quod eſt ſignum pacis. Pax non cōiurat in enſes: ideſt nunq̄ pax ⁊ bellū poſſunt ſtare ſimul. Porrigit oſcula. ſed aperta fronte adoritur.

T Raditꝰ. q̄ petrꝰ amputauit auriculā vni ex ſatellitibꝰ nomie Malcho quā ieſus illi reſtituit ⁊c̄.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ex Math.c.xxvj. Cōſuetā opē q: ſemꝑ miſeris opitulari conſu euit. Puero.i.ſeruo principis ſacerdotum.nā puer ꝑ ſeruo fre quēter accipit̄ etiā in ſacris litte ris. Uindicta humana.i.more hoim expetita. Qui milia.or do eſt.q̄ poſſet partē poſcere da ri ſibi duodena milia legiones angelicas.ex corrupta loquenti cōſuetudine ꝑ duodeci legiones millenos milites cōtinētes: aut ternos millenos. Ponere aiam. qd̄ ſol⁹ xp̄s potuit facere. Iuxta illd̄ Ioan.c.x. ptātē habeo ponē di aiaꝫ meā ⁊ iteꝝ ſumendi eā.

Tamqꝫ petro. Affirmanti pe tro ſe nō deſerturū xp̄ꝫ etiā ſi alij diſcipuli deſererēt dixit q̄ ter erat illū negatur⁹ anteq̄ gal l⁹ cātaret.Ex math.c.xxvj. Fa tēti ꝓfitēti. Gall⁹ aliger. Ad differētiā galli ſacerdot̄ cibeles aut viri ex gallia. Nō reprobā do fidē.i.nō tā: vt reprobet: quā vt ꝓdicēdo timorē inuincibilem confirmet.

Continuo. q̄ ieſus ducit̄ ad domū principis ſacerdotū q̄ vo cabat̄ caiphas.apd̄ quē inſimu lat̄ a falſis teſtibus. ex Matth. ca.xxvj. Uaſtas edes.amplas. Princeps ſceleꝝ.is eī dixerat Expedit vt vn⁹ homo moriat̄ ꝑ pplo. Cathedra peſtifera. ad illud pſalmiſta reſpicit:in cathe dra peſtilentie nō ſedit.⁊ ſubin telligit̄ in prepoſitio. Cōciliū agitatū.cōgregatū ⁊ cōmotum. Mendacia ꝯflata falſa teſtimo nia cōficta. Labellis vanis.i. mēdacib⁹.Uer.j.eī. Uani docue re parētes qd̄ Seru⁹ exponit pro mēdacib⁹. Leuitate ſua.q: nō conſtat ſibiipſis ⁊ ſubdit ſili tudinē:velut ignis ſuberrās ſti pulas ſub perit. Cum.ſ. igni. Materies infirma.qualis eſt arentium ſtipularum. Rapit vi res.i.ſubtrahit. Cremādi ſum ma.ideſt maxima quecꝫ ſi conti geret ſibi ſollidior materia.

Conſuetam non liquit opē:puericꝫ reuulſam
Enſe petri:ne qua pius a pietate uacaret:
Reddidit auriculam. neqꝫ enim uindicta tonāti
Conueniens humana fuit:qui milia patrem
Angelicas ſibimet legiones poſcere poſſet
Plus duodena dari:ſi mallet ſumere pœnas
De meritis:quam ſponte ſuas ignoſcere plagas
Tunc parci mucrone iubet:quia uenerat ipſe
Ponere ꝓ cunctis aīam:non tollere cuiq̄

Tres petro negationes prædicit.

Tamqꝫ petro clara iamdudū uoce fatenti
Cum dño ſe uelle mori:prius aliger inquit
Quā gallus cantet:hac me ter nocte negabis
Nō reprobando fidē:ſed prædicendo timorem.

In domum caiphe deducitur.

Continuo ad uaſtas caiphe deducit̄ edes
Ille ſacerdotū fuerat tunc deniqꝫ princeps
Et princeps ſceleꝝ.nāqꝫ hoc reſidente cathedra
Peſtifera falſis agitatum teſtibus ardet
Concilium.iā iamqꝫ uolant mendacia mille
In dñm uanis hominū conflata labellis
Et pereunt leuitate ſua,uelut ignis oberrans
Arentes ſtipulas:uires cui ſumma cremandi
Materies infirma rapit:uictoqꝫ furore
Labitur inualidæ deformis gloria flammæ.

Ieſum colaphis & palmis cæſum.

Poſtq̄ nulla dolis patuit uia brachia tolli
Armat in inſontē ſæuus furor.hæi mihi quātis

Uicto furore.primo illo impetu. Gloria deformis.quia breui momento euaneſcit.

Poſtq̄ nulla dolis. Quod Ieſus illuſus eſt a iudeis colaphiſqꝫ ⁊ palmis ceſus. Ex Mattheo. cap. xxvj. Nulla via.quia nullū eſt inuentū verū teſtimonium. Armat ideſt parat.Tolli brachia.i.

ad tollēdū brachia vt alapis ce dāt. Nō deniqꝫ.Ordo eſt plebs execranda iudeoꝝ nō quieuit.i. ceſſauit mouiſſe manus.⁊c.

Subiecto corpore.i. expoſito ad oia ludibria.noſtre ſaluti.iux ta illud Eſaie cap.liij. Uere lā guores noſtros ipſe tulit ⁊ dolo res noſtros ipſe portauit ⁊ q̄ ſe quunt̄. Libertas plauſit nobis. ideſt arriſit:cum antea eſſemus in ſeruitute.

At ſenior. q̄ petr⁹ iuxta dūt ꝑſcriptū magiſtri ū ⁊ dñm ter negauit.ex mattheo ca.xxvj. ⁊ eſt ordo. At ſenior negauit ſemel bis ⁊ terſe prorſus eſſe e ſocijs ipſius ⁊ poſuit adeſſe pro eē.hoc eſt cōpoſitū pro ſimplici. ⁊ per parēteſim interpoſuit qm̄ quod chriſtus ait.ideſt dixit ne quiuit.i.non potuit eſſe infectū ideſt non factum. Sanctio.i. decretum ⁊ ſtatutuꝫ. Senſus redire.qui fuerant ſopiti: quod euangeliſta dicit recordatus eſt petrus verbi Ieſu. Memor malorꝫ:ſcilicet q̄ chriſtū abne gauit. Dānauit opus imme moris.i.penituit illum q̄ fuerit oblitus promiſſi. Delicta ce dunt.ideſt vincuntur. Fletus amari:ad illud q̄ euāgeliſta di cit.⁊ egreſſus foras fleuit amare

Iamqꝫ dies. Quomodo po ſteriori die Ieſus ductus eſt ad pilatum.vt reus mortis age retur. Iudas quoqꝫ penitentia ductus ſceleris amiſſi laqueo ſe ſuſpendit. Meſtior.triſticia ⁊ leticia temporis a nobis ſumi tur ſecundum affectus. Pan debat.quaſi velit dicere quot ſce lera noctis heſterne letabant in tenebris: que vero nunc geren tur populo teſte fient. Ad me nia pilati.ideſt ad edes ſiue pre torium.nam ⁊ depriuatis edi bus etiam. Moenia dicuntur. Uergilius ſecundo georgicorꝫ. Fuſi per moenia teucri conticue

Impedior lachrymis rabidū memorare tumultū
Sacrilegas mouiſſe manus.non deniqꝫ paſſim
Vel colaphis pulſare caput uel cædere palmis
Aut ſpuere in faciem plebs execranda quieuit.
Ille tamen patiens ſubiecto corpore totum
Suſtinuit:noſtræqꝫ dedit ſua membra ſaluti
Nāqꝫ per hos colaphos caput eſt ſanabile nr̄m.
Hæc ſputa per dñm noſtram lauere figuram
His alapis nobis libertas maxima plauſit.

Petrum ter negaſſe xp̄m.

At ſenior cui cuncta potēs ꝓdixerat autor
Quæ nētura forēt:qm̄ trāſire nequiuit
Infectum quod xp̄s ait:ſe prorſus adeſſe
Ipſi us e ſociis ſemel.ac bis.terqꝫ negauit
Et gallus cecinit:completa eſt ſanctio chriſti
Et ſenſus rediere petri:memor ille malorum
Immemoris damnauit opus gemituqꝫ ſequēti
Culpa fugit.cedunt lachrymis delicta profuſis
Et dulcem ueniam fletus genuiſtis amari.

Ieſus ducitur ad pilatum.&
iudas ſe ſuſpendit.

Iamqꝫ dies aderat nocturna mæſtior umbra
Flagitiū uiſura nouum:tenebriſqꝫ remotis
Pandebat populis iudeæ crimina gentis
Mox igitur dominum pilati ad mœnia duci
Nexibus aſtrictum iudas ut uidit iniquus
Diriguit:ſceleriſqꝫ ſui cōmercia reddens
In caſſum facti precium nō facta reliquit

re. Nexibus aſtrictum.ideſt nodis colligatum. Diriguit.ideſt obſtipuit. Commercia ſceleris. ideſt triginta argenteos proditionis precium quanqꝫ commercium eſt mercium cōmutatio. In caſ ſum.i.inanū. Reliquit.apud principes ſacerdotū,in templo. Non facta.ideſt prodicionem factā.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quidnā etenim prodeſt illic trepidare timorem
Nullus ubi timor eſt?aut quæ confeſſio tetro
Lucet in inferno?cum iam demerſa ſecuris
Ar boris infandæ radicibus: exitialem
Quæ peperit fructum:feralia germina uertat
Fundit?:& dignis pereant mala robora flammis.
Continuoq; trucis correptus mente furoris
Se quoq; morte petit:tanꝗ tunc ſanior eſſet:
Cum ſcelus ulciſci præcurreret:ipſaq; diræ
Guttura uocis iter:cuncti que uendere mundi
Auſa redemptorem:nodatis faucibus angens
Infœlicem animā laqueo ſuſpendit ab alto.
Lenior ira quidem tanto pro crimine culpæ
Cunctorū cui nulla foret par pœna malorum.
Exitus hic mortis tamen:& ſublime cadauer
Oſtendit populis quanto de culmine lapſus
Pridem diſcipulus:qui nūc reus: alta relinquens
Syderea tartareum deſcendit ad uſq; profundū
Tunc uir apoſtolicus:nūc uilis apoſtata factus.

Obiectum xp̄o ꝙ ſe regem dixit.

AT dn̄s patiēs cum præſidis ante tribunal
Staret ut ad iugulū ductꝰ mitiſſimꝰ agnꝰ
Nil inimica cohors inſonti ſanguine dignum
Repperiēs regem quod ſe rex dixerat eſſe
Obiicit:& uerum mendax pro crimine ducit.
Nec mirum ſi iura dei gens impia uitet:
Imperiumq; neget:ſemp ꝗ idola adamauit.
Dilexitq; lucos.ſimili nam modo furentes

Trepidauerūt timore.ex pſal. xiij. quū illic trepidauerūt timore:vbi non erat timor.q.d. tunc oportuit iudā timere:cū aggrediebaṫ ſcelꝰ. q: timor eſt perturbatio de malo futuro. Cōfeſſio in inferno.Ex pſal.vj. In inferno quis cōfitebiṫ tibi. Demerſa ſecuris.i.impacta radicibꝰ vt arbor ꝑſciſſa. ex math.c.iij.iā ſecuris ad radicē poſita ē. ois arbor q̄ nō facit fructū bonū: excidetur ⁊ in ignē mitteṫ. Uertat.i. euertat. Feralia germina: vn̄ mites fructꝰ debuit germinare: ⁊ ꝓduxit feros. Iuxta illd̄.Eſai. v. An quod expectaui vt faceret vuas ⁊ fecit labruſcas. Mala robora.Iuue.ſterilis mala robora fici. Mēte furoris.i.cōſilio furioſo. Petit ſe morte.i. conſciſcit ſibi mortē. Tūc ſanior eſſet.At ſi dicat tunc fuit inſanior cum properauit vlciſci ſcelꝰ. Angēs.i.cōſtringēs. Guttura appoſitiue vocꝭ iter.Uer. eū.vdeq; vocis iter. Infelicē aiaꝫ.i.ſe infelicē. Lenior ira.i.vindicte appetitꝰ:id qḋ ꝓcedit pro eo qḋ ſequitur. Sublime cadauer.i. excelſum.i.pendēs. de quanto culmine lapſus.i.de quanto dignitatꝭ gradu cadēs. Pridē.i.oli. Nūc reꝰ.i.crimine ꝓditiōis. Apoſtata. i.deficiēs ⁊ abſiſtens a domino eius cui obſequi debet. ab apoſteo.quod eſt abſiſto.

AT dn̄s. ꝙ ieſus ſtans ante ꝑſidis tribunal accuſaṫ leſa maieſtatꝭ qḋ dixiſſet ſe iudeorū regē.ex math.c.xxvij. Mitiſſimus agnus. Iuxta illud Eſaie. c.liij. Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt.⁊ quaſi agnꝰ corā tondente ſe obmuteſcet. Mēdax. i.cohors iudeorū q: patrē habet mēdacē.Ioā.ca.viij. Uerum ducit pro crimine.q: rex erat. ⁊ accuſatur veritatis. Iuxta illud Iuuenalis.accuſator erit.qui verum dixerit hic eſt. Imperiuꝫ neget.detrectet. Idola. recte producit penultimam tametſi alio in loco poſuit eandē breuē.⁊ quod hebrei coluerūt idola plenum eſt verꝰ inſtrumētū.Dilexit lucos.i.ſiluas arborū alicui deo cōſecratas qḋ a deo prohibetur. Exo. c.xxxiiij. Confringe inquit eorum ſtatuas lucoſq; ſuccide.⁊ in Deuterono.capi.vij. Lucos ſuccidite ⁊ ſculptilia.

⁊ ſepe in aliis locis horū lucoꝝ meminit. Baal.qui ⁊ belꝫ beel frequenter in ſacris lr̄is appellatur. a quo ppl̄m iſrael adulteratū dn̄s frequenṫ conqueriṫ. Barabbā.qui erat inſignis latro.ſeditioſus ⁊ homicida.⁊ eſt notanda litteratura.ꝙ per vnū r.ſcribitur.⁊ accentꝰ acutꝰ in penultima. Iuuencꝰ pilatus donat plebi legiq; barabbā interꝑtaṫ nāq; filꝰ patris.autor Ambroſiꝰ ſuꝑ lucā.In hebreo tn̄ autore Hieronymo ſuꝑ matheū barabbas hoc eſt filꝰ magiſtri legiṫ.Sentētia. Pilati poſtulātibus iudeis

Tunc coluere baal:nunc elegere barabbam.
Damnataq; pio conſeruatoq; proteruo
Mutauit per utrumq; uiam ſententia iuſtam
Autor mortis erat iuſſus qui ſumere lucem
Autor lucis erat iuſſus qui ſumere mortem.
Credite iam chriſtum pro cūctis credite paſſum
Quid dubitatis adhuc?en ſectus terga flagellis
Subditus obprobriis pœnas amplectitur omnes
Nec dignus ſentire necem:ceu latro periret.

Ieſus ad patibulum ducitur.

HEu falx torua patrū ſegetē cæſura nepotū
Heu facinꝰ pilate tuū:quot geſſeris uno
Crimina iudicio:uigili ſi mente notares.
Nec ſolas lauiſſe manus:ſed corpore toto
Debueras ſacrum ueniæ expectare lauacrum.
Corripis inſontem.ſiſtis ſub præſide regem.
Præponis humana deo.qua morte teneris
Quid dn̄m numeroſa cruci poſt uulnera figis.

Ludibrio chriſtus exponitur.

QVmq; datꝰ ſæuis ad pœnā ſanctus abiret
Militibꝰ:uilē rubri ſub tegmine cocci
Veſtitur chlamidem:ſpecies ut cuncta cruentæ
Mortis imago foret,ſpinis circundedit amplum
Nexa corona caput.quoniam ſpineta benignus
Omnia,noſtrorum ſuſceperat ille malorum
Implet arūdo manū.ſceptrū quia mobile terræ:

Per vtrūq;.i.ꝑ ieſū ⁊ barabbā Autor mortis. q: homicida erat barabbas. Autor lucis. i.vite xp̄s. Credite paſſum.pro cunctis. Iuxta illud Eſaie.liij. Uulneratus eſt ꝑpter iniq̄tates noſtras. ⁊ illud ꝑpter ſcelera populi mei percuſſi eum ⁊c̄.

HEu falx torua.ꝙ pilatꝰ cum apō iudeos nihil proficeret lotis manibꝰ ieſū flagellatū tradidit illis vt crucifigeretur. In quē ſatis acerbe autor inuehiṫ. Falx torua.an irata vt qḋ eſt perſone detur inſtrumēto an potius legēdū falx curua qualis eſt meſſoria.de cuiuſmodi falce loq̄tur.Ioan.apoca.cap.xiiij. Nepotū.ad illud reſpicit quod ſcribit euangeliſta.ſanguis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Sacrū lauacrū. Baptiſma qḋ te totū ablueret. Corripis.ad mortē rapis. Sub preſide.i. ſub te q̄ pſes es. Poſt vulnera. q: flagellatū crifigēdū dedit.

QVmq; datꝰ.ꝙ milites quibꝰ traditus eſt ieſus crucifigendū induerūt eū chlamidem coccineā ⁊ plectentes coronā de ſpinis poſuerūt ſuꝑ caput eiꝰ.et arundinē in manus eiꝰ collocarunt.ex Mattheo capite.xxvij. Uilem chlamidē.nō potuit eſſe vilis.ideſt parui precij ſi chlamis erat et ſi coccinea . ſed vilis exponendum eſt in vilipendium chriſti.adhibitaꝫ. Mortis imago. Quia mors illa cruenta erat.ideo induiṫ veſte coccinea.ſic Uergilius quinto ene. Purpureoſq; iacit flores. Ad imitationem inquit Seruius ſanguinis in quo eſt anima. Amplum caput. honeſtum vnde ⁊ amplitudo pro honore. Spineta noſtroꝝ laborum. Iuxta illud Eſai. Uere lāguores noſtros ipſe tulit ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Harūdo.ꝑ ſceptro qḋ mundi huius deſignat leuitatē. Mobile.qualis eſt harūdo.

Alienos habit⁹. chlamidē.ſ.illā purpureā. Propriū amictū.qđ ſignificabat quia depoſitur⁹ erat carnē humanā ⁊ poſtea reſumptur⁹. Itē. pro iterū. Nil iā mutabile.q: reſurgēs cū corpe glorificato iā nō eſt moriturus. Ponēs carnē mortalē.⁊ ſubaudi reſumens eandē immortalē q̄ quidē eſt tegmē humanū ſub quo diuinitas latet. Nec ſine.Qđ poſtea ꝙ ieſus pduct⁹ eſt in caluarie locū porrexerūt ei felle vinū amixtū:qđ cū guſtaſſet:noluit bibere. Ex Matth. ca.xxvij: Sine diuino moderamine.Videlicet vt adimplere⁊ illud pſal. lxviij.Dederunt in eſcā meā fel: ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto.qđ etiā ſignificabat . ꝙ breui tpe mortē erat deguſtaturus triſtem ſaporē.i.amarū.Ver.j. geor.Triſtes lupios dixit ꝙ Seruius exponit amaros. Necē amaram. Eccleſiaſti.cap.xlj. O mors ꝙ amara ē memoria tua. Carne reduci. Reſtituēda ſimul ⁊ glorificanda. nam reduces dicuntur a periculo liberati. Cōtēnere mortem.quia mors illi vltra non dominabitur. Ad romanos capite ſexto.

Inualidum fragile eſt uacuum leue:mox alienos
Deponens habitus proprium ſuſcepit amictum
Scilicet humane poſiturus tegmina carnis
Et ſumpturus item.nil iam ut mutabile ferret
Poſt mortem propria cum maieſtate reſurgens
Humano ponens mortalem tegmine carnem

Fel chriſto porrectum.

NEc ſine diuino cōſtat moderamine geſtū
Quod uinū cū felle datū triſtēq; ſaporē
Suſcipiens tetigit labiis & ab ore remouit.
Quippe necem paruo deguſtaturus amaram
Tempore:quā reduci contemnere carne pararet.

Ieſum crucifixum.

PRotinus in patuli ſuſpēſus culmine ligni
Religione pia mutans diſcriminis iram
Pax crucis ipſe fuit. uiolentaq; robora membris
Illuſtrans propriis pœnam ueſtiuit honore
Suppliciumq; dedit ſignum magis eſſe ſalutis
Ipſaq; ſanctificans in ſe tormenta beauit.
Ne ue quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colēdam
Quæ dominū portauit ouans:ratione potenti
Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis
Splendidus autoris de uertice fulget eous.
Occiduo ſacræ lambuntur ſydere plantæ:
Arcton dextra tenet:medium leua erexit axem.

PRotin⁹. ꝙ ieſus crucifixus eſt.que cū fuerit nocētiū pena ingnominioſa in chriſto nobilitata ex Matth. capit.xxvij. Patuli ligni.in aperto poſiti ⁊ expaſſi. Mutans iram religione.niſi mediū aliquod ſubeſt hoc in loco vult ſignificare qđ crux que ſolebat eſſe ignominioſa ſeruorū pene ab iratis dominis inflicta. nunc mutata eſt in honorificā religionem. Fuit pax crucis . ideſt conciliauit nobis crucem. vnde ⁊ nos predicamus chriſtū crucifixum iudeis quidem ſcandalū gentibus autem ſtultitiam. Violenta robora.ideſt crucē ex robore q̄ mortem violentem inferre ſolebat. Illuſtrans. ideſt clariorem faciens. Penam veſtiuit honorem.ideſt quod antea erat ignominia conuerſum eſt in honorē. Eſſe colendam.ex eo.ſ.ꝙ omnia complectitur. Ouans.triumphans cum chriſto victore. Ratione potenti. i. efficaci ⁊ maxima. Colligit.i. complectitur. Orbis quadrati. ideſt in quatuor mundi. cardines diuiſi. Eous.ideſt oriens. vnde ⁊ eos aurora. De vertice.fingit perinde ac ſi xp̄s cruci applic it⁹ oia cōtineat foueatq;. Occiduo ſydere.i.ſole occidenti. Lambuntur. tanguntur leniter. Arcton. Partem ſeptentrionalem. Medium axem.ideſt meridionalem polum.

Cunctoq; de membris uiuit natura creantis:
Et cruce cōplexū chriſtus regit undiq; mundū.

Titulus in cruce tribus linguis.
& ſortitio ueſtium.

SCribitur & titulus.rex hic eſt iude orum.
Quo nihil a deitate uacet:nā cœlitus actū
Hoc hebræa refert.hoc græca.latinaq; lingua.
Hoc docet una fides unum ter dicere regem.
Huius in exuuiis ſors mittitur:ut ſacra ueſtis
Intemerata manens a xp̄o ſchiſma uetaret.

Duos latrones cū xp̄o crucifixos.

QVin etiā inſonti latere ex utroq; cruentos
Cōſtituere uiros:meritū licet oibus unū
Nō faciat ſimilis q̄uis ſententia. namq;
Inter carnifices ſancto pendete latrones
Par eſt pœna trium:ſed diſpar cauſa duorum.
Hi mundo ſunt quippe rei pro crimine multo:
Huic reus eſt mundus ſaluatus ſanguine iuſto.
Suppliciiſq; tantum rerum dominator in ipſis
Iura poteſtatis non perdidit.æquus utrumq;
Iudex namq; tuens hūc elegit. hūc reprobauit.
Amborū merita præcelſo examine penſans.
Vnus enim quem uita ferox nec morte reliquit:
In dominum ſcelerata mouens conuicia dictis
Mordebat propriis:& tanq̄ ſetiger hircus
Ore uenenato uitam lacerabat amœnam.
Alter adorato per uerba precantia chriſto
Saucia deiectus flectebat lumina.tantum

Cuncta natura. ideſt omnes res naturales.hoc eſt celū ⁊ omnia que ſub celo ſunt.

SCribit ⁊ titul⁹. ꝙ pilat⁹ precepit ſcribi titulū in q̄ ſignificaretur cauſa cur ſit affixus cruci.idq; grece hebraice ⁊ latine: q̄ oēs tres lingue hieroſolymis erāt note . ⁊ ꝙ milites ſortiti ſūt veſtes xp̄i.ex Matth.c.xxvij. Quo nihil vacet.i.oia ſint plena diuina myſterio. Nā celit⁹ actū.ideſt diuinit⁹ hoc geſtū eſt: vt in noie ieſu omne genu flecta⁊ celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ: et ois lingua cōfitea⁊ qđ xp̄s eſt in gloria patris.Ad philipen.ca.ij. Ter dicere regē.i.in tribus linguis.hebraica in qua eſt ſcripta religio.greca in qua ſapiētia humana.latina in q̄ potētia romana.q̄ oia in xp̄m collata ſunt. ¶ Intemerata.i.integra. ⁊ non diſciſſa.nā cū milites vellēt illā inter ſe diuidere dixerūt nō ſcindamus eā:ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Schiſma.i.diuiſionem.a ſchiſo.qđ eſt ſcindo . non vt vulgus nūc loquitur ſciſma.

QVin etiā.Qđ duo latrones cū xp̄o ſūt crucifixi.Ex matth.ca.xxvij. Inſonti.i.cū innocente. Cruētos viros.i.homicidas.meritum vnū.i.cauſam.cur patere⁊. Similis ſentētia q: oēs tres ſunt cōdemnati . ſed ex diuerſis cauſis. Mūdo ſūt rei i.toto mūdo . iō morte ſūt digni ob multa illoꝝ crimina. Reus mūd⁹.i.obligat⁹ ⁊ iuxta ſuitute obnoxi⁹.ꝓpter redēptionē. Nō perdidit iura poteſtatis.q: cum ſit a deo cōſtitut⁹ iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ.actuū.c.x.alteꝝ abſoluit ⁊ alteꝝ cōdēnauit. Tuēs.intuēs.Examine precelſo pēſans. trāſlatio ab his ſumpta q̄ in ſtatera appēdūt ꝑgi.in viro bono. iuſtoꝝ trutine ſe examine pēſat. Nec morte reliquit.ex. Ver.vj. eń.Ferox nō ira in morte relinquit. Dictis ꝓpriis.i.ſuis ⁊ tali perſona dignis. Setiger hircus.i.qui veſtitur non lana.ſed ſetis. Similitudo eſt.nā quemadmodum hircus infigit dentem venenatum viri.ita ⁊ hic latro in chriſtum. Vergil.ij.georgicoꝝ.Duriq; venenum dentis ⁊ admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Vitam amenam.i.chriſtum qui ſe vitam voluit appellare.Ioā. c.xv.Ego ſū vitis vera. Saucia lumina.i.morientia lumina habēs in humū deiecta.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Lumina: nā geminas arcebant uincula palmas.
Quē dñs ceu paſtor ouem deſerta per arua
Colligit errantē:ſecumq; adducere gaudet
In campos paradiſi tuos:ubi flore perenni
Gramineus blanditur ager:nemorūq; uoluptas
Irriguis nutritur aquis:interq; benigne
Conſpicuos pomis non deficientib⁹ hortos
Ingemit antiquum ſerpens habitare colonum.
Ambo igitur uarium diuerſo calle latrones
Aggreſſi facinus:uiolentum grande patrarunt.
Infernas adit ille fores:adit iſte ſupernas.
Ille ꝓfunda petens penetrauit clauſtra gehēnæ.
Abſtulit iſte ſuis cœlorum regna rapinis

Solem obſcuratum.

INterea horrende ſubito uenere tenebræ:
Et totū tenuere polum: mœſtiſq; nigrantē
Exequiis texere diem.ſol nube choruſcos
Abſcondens radios tetro uelatus amictu
Delituit:triſtemq; repleuit luctibus orbem.
Tota ſibi oppoſitū fratrem quod delia haberet
Cum ſuberat terris:ſuper ille in culmine cœli
Impia perpetuam timuerunt ſæcula noctem.
Hunc elementa ſibi meruerūt cernere uultum
Auxiliis orbata patris læuata per ortum
Mœſta per occaſum.nam lux ut tempore fulſit
Naſcentis domini:ſic hoc moriente receſſit.
Non abſens manſura diu: ſed myſtica ſignans
Per ſpacium ſecreta ſuū.quippe ut tribus horis

Lumina nā geminas. ex Vg. ij. eñ. de caſſandra: Quem errantē: Ex Luca. c. xv. de oue que aberrauit ex grege centum ouiū In cāpos paradiſe tuos. paradiſus ortus interpretatur. ſed per paradiſum intelligim⁹ ſtatū innocentie in quo primi parētes ſunt creati. ⁊ in paradiſo voluptatis a deo poſiti. vnde ꝑ peccatum deiecti ſunt. Gramineus ager. perſtat in trāſlatiōe. Antiquū colonū. Primū parentem quē deus poſuit in horto voluptat. quid ſi legas antiquus ſerpens. Iuxta illō apoca. c. xij. Draco ille magn⁹ ſerpens antiqu⁹ ꝗ vocat diabol⁹. Ingemit q: inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Variū facin⁹ alter. ſ. peſſimū facin⁹. alter preclarum facin⁹. Diuerſo calle. i. tramite quanꝗ ille qui tēdit ad inferos lat⁹ ſit: qui ad ſuperos arctus. ex Math. c. vij. Grande violentum. i. grandē violentiā. quia malus latro per violēta latrocinia ſua deſcēdit ad inferos bonus latro per uiolentiā aſcendit ad ſuperos. ex Matth. c. xj. regnum celorū vim patit ⁊ violēti rapiunt illud.

INterea. ꝙ a ſexta hora vſq; ad nonā tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terrā. ex Mattheo ca. xxvij. Meſtis exequijs. i. quaſi in exequias funerales.

Texere diem. i. diei lucem operuerunt. Tetro amictu. Verg. j. geor. cū caput obſcura nitidū ferrugine texit: ⁊ qō ſubdit impiaq; eternā timuerūt ſecula noctem. Delia. Luna a delo inſula vbi cū appolline eſt nata. Sub erat terris. quī ſi tūc plena erat luna. qō videlicet quartadecima die menſis paſcha celebratū eſt: neceſſe quoq; fuit ſolē hora diei ſexta eſſe in culmine celi. ⁊ lunā in angulo noctis medie. Elementa. ſol cum ceteris mūdi elementis. Cernere ſibi. q. d. induere ſibi vultum lugubrē. Auxilijs patris. i. xp̄i qui eſt ſol iuſticie. Letata per ortum. q: tempore natalis lux orta eſt mundo. Luce cap. ij. quod ſtatim declarat dicens. nam lux vt tempore fulſit naſcentis domini. Nam diu menſura abſens. quia tantum per tres horas obſcuratus eſt ſol. quod

ſignificat per tres tantum dies ſaluatorem in ſepulchro permanſurum.

NEc tellus. ꝙ domino moriente factus eſt terre motus. ex Mattheo capi. xxvij. Talia cernens. id eſt tam indigna. Sine dubio. nam viſa eſt natura dubitare de ſuo fine cum ipſe deus natura pateretur. Supremum modum. ideſt finem. Summus apex petens inferna. ideſt xp̄s qui ē in ſummo rerū oim apice conſtitutus. Cogeret omnem molem. i. omnia traheret ſecū ad inferos. Autorē. ſubaudi ſuū per quē oia facta ſunt. Per tartara. q. d. in antiquū chaos cōfunderetur. Vagas vmbras. ex more poetarum loquitur qui faciūt animas per inferos vagari. Reſtituens perdita. ideſt nō tam vt conſiſtētia linqueret quā vt perdita reſtitueret.

Cæca tenebroſi latuerunt ſydera cœli:
Sic dñs clauſit triduo tulit antra ſepulchri.

Tetræ motū fuiſſe in morte xp̄i.

NEc tellus ſine clade fuit:quæ talia cernēs
Fūdit⁹ itremuit.dubioq; in fine ſup̄mū
Expauit natura modum:ne cogeret omnem
Summus apex inferna petens ſuccūbere molē:
Autoremq; ſequens per tartara mundus abiret.
Sed pietas imenſa uagas properabat ad umbras
Perdita reſtituens:nec conſiſtentia liquens.

Acetum porrectum ſitienti.

NUlla tamē tanti metuerunt ſigna pericli:
Qui dñm fixere cruci:quin iſup hauſtū
Cum peteret ſitiens:unus de plebe nefanda.
Peniculo infuſum calamo porrexit acetum.
Manzeribus populis in deteriora uolutis
Conueniens liquor ille fuit.nam dulcia uina
Sicut in horrendū dum cōuertuntur acetum:
A menſis proiecta iacent:ſic tēpore priſto
Gens acepta deo:nunc eſt odioſa propago.

Miracula in morte chriſti.

ERgo ubi cūcta boni cōpleta eſt paſſio xp̄i.
Ipſe aīam proprio dimiſit corpore ſanctā
Ipſe iterum ſumptur⁹ eam : quia mortuus idem
Idem uiuus erat.membris obeuntibus in ſe
Non obeunte deo.cuius uirtute retrorſum
Infernæ patuere uiæ:ruptæq; pateſcunt

NUlla tamē. ꝙ quis elementa ſūt mota ſuo autore moriente: qui fixere xp̄m cruci non ſunt permoti. quin poti⁹ acetū illi porrexerunt. ex Mattheo ca. xxvij. Cū peteret ſitiens. qō factum eſt cū ieſus dixiſſet ſitio. Ioā cap. xix. Peniculo. Euangeliſte ſpōgiā dicūt infuſam aceto illius ori appoſitā. ſed peniculi autore Feſto pompeio dicunt ſpongie longiores. propter caude ſimilitudinē: nā penis caudā ſignificat. Manzeribus populis. i. nothis ſiue ſpurijs. ⁊ ex fornicatiōe, peccatis. q. velit dicere illegitimis. ⁊ eſt māzer hebraica dictio. Cōueniens liquor. ⁊ in quo ſit cōueniēs ſtatim ſubiungit. Gēs accepta deo. Deutero. cap. vij. Te elegit de⁹ vt ſis ei populus peculiaris. Propago odioſa. gens. hominum deo atq; proinde gentibus inuiſum.

ERgo vbi cuncta. ꝙ mortuo chriſto multa corpora ſanctorum ſurrexerunt ⁊ venerunt in ſanctā ciuitatē. ⁊ alia mirāda ꝗ tunc cōtigere. Ex Matth. cap. xxvij. Dimiſit animā. ex Ioā. capite. x. Poteſtatem habeo ponendi animam ⁊ poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.

Mortuus. quantum attinet ad humanitatem. Viuus. quantum ad diuinitatem quod ipſe ſtatim declarat. Mēbris carne. Patuere retrorſū. Ita vt aie que apud inferos erant collocate poſſent duce xp̄o redire ad ſuperos. Petre. ſepulchrorū ſcȝ.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Diuiſa compage. i. lapidū ſepulchri iūctura. Rediuiua. i. vite reſtituta. Iuue. Rediuiuus pullulat ar ca nūmus. Subitoq; fragore. Ex ruptura veli. vel poti⁹ ſupliminaris vt in euāgelio Matthei he braico legit ſupliminare tēpli ſciſſum eſt. Illud tēplū ouās. i. ꝙ fuerat a ſalomone extructum applau dēs xp̄o morienti. Maioris tēpli. i. xp̄i q̄ ſe tēplū quoq; appellauit. cū dixit Ioā. ca. ij. Soluite templum hoc τ in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Procubuiſſe. i. mortuū eſſe. Nudauit pectora. Trāſlatio ſumpta ab hijs qui in funere ſuorū ſcindunt veſtimēta τ tundūt pectora pal mis. Interiora ſui. ideſt adyta: vbi erat arca teſtimonij. Exo. c. xxvj. Facies inquit velū: intra qḋ pones arcā teſtimonij: quo τ ſanctuariū ſanctuarij diuidenť. Lex tecta velamine moſe. aut lex moſe tecta erat velo ſicut τ ar ca teſtimonij. quo ſciſſo arcana patuerūt. aut de velamine intel ligit qḋ moſes ori pretendit: de quo apl's in epi. ad corin. ſcḋa. c. iij. nō ſicut moſes ponebat vela men ſup faciē ſuā τc̄. Veniēte nobis. i. cū nr̄a hoīem aſſumēs. ¶ legas nobis morienti.

O Ic vbi nūc. In mortē q̄ generi humano dominaba tur ante xp̄i paſſionem inuehi tur. ex p̄ma corin. capite. xv. Ab ſorpta eſt inquit mors in victo ria. vbi ē mors victoria tua. vbi ē mors ſtimul⁹ tu⁹. ſtimu. mor tis peccatum eſt τc̄. et eſt ordo. O mors horrenda tuis ſtimulis dic vbi nunc eſt tua triſtis victo ria. Triſtis inq̄ ab effectu alias leta eſt. Horatius. j. ſermonū. cita mors venit aut victoria leta. Inſtaurata. renouata τ repeti ta. Opimis. i. copioſis. Pe nali. quia mors peccati fuit pe na. Nō tu peruenis ad xp̄m. quaſi ad inuitum. nam oblatus eſt. quia ipſe voluit. vnde ſubdit Sed chriſtus peruenit ad te. ſcʒ volens. Sine morte quia mors illi vltra nō dominabiť. ad Ro manos capite. vj. Culpa geni trice. Quia ſubdit ſtipendiū pec cati mors. Semine vipereo. quia propter inuidiam diaboli eſt introducta cum in ſpecie ſer pentis euam decepit. Venia regnante. ideſt miſericordia dei qui nobis largitur veniam.

Diuiſa compage petre: rediuiua iacentum
Corpora ſanctorum fractis abiere ſepulchris
In cineres animata ſuos. ſubitoq; fragore
Illud ouans templum maioris culmina templi
Procubuiſſe uidens ritu plangentis alumni
Saucia diſciſſo nudauit pectora uelo
Interiora ſui populis arcana futuris:
Iá reſeranda docens: quia lex uelamine moſæ
Tecta diu chriſto nobis ueniente pateſcit.

Inuehitur in mortem.

O Ic ubi núc triſtis uictoria: dic ubi núc ſit
Mors ſtimulis horréda tuis? quæ ſemp opimis
Inſtaurata malis cunctas inuadere gentes
Pœnali ditione ſoles: cum peſſima non tu
Peruenis ad xp̄m: ſed xp̄s peruenit ad te:
Cui licuit ſine morte mori: quiq; omnia gignēs
Omnia conſtituens: te non formauit ut eſſes.
Semine uiperio culpa genitrice crearis.
Et uenia regnante peris.

Ex chriſti latere ſanguine cum aqua fluxiſſe.

IAm ſpiritus artus
Liquerat ad tépus: patulo iá frigida ligno
Viſcera pédebant: & adhuc furor arma miniſtrat
Cuſpide perfoſſum uolat latus: eq; patenti

IAm ſpirit⁹. ꝙ mortuo chriſto cū latus illius fuiſſet perforatū cōtinuo exiuit ſanguis τ aqua. vnde ſacramenta eccleſie vim habent. ex Ioanne capite. xix. Ad tempus. quos reſumpturus erat die ter tia. Furor arma miniſtrat. ex Vergilio p̄imo eneyḋ.

Vulnere purpure⁹ cruor & ſimul unda cucurrit.
Hæc ſunt quippe ſacræ pro religionis honore
Corpus. ſanguis, aqua. tria uitæ munera noſtræ.
Fonte renaſcentes membris & ſanguine chriſti
Veſcimur: atq; ideo templú deitatis habemur.
Quod ſeruare deus nos annuat immaculatum
Et faciat tenues tanto manſore capaces.

Chriſti corpus ponitur. in ſepulchro.

ERgo ubi theſauꝝ poſiti iá corpis amplú
Nobilis accepit dño locus ille iacente:
Nobilior ſurgente tamē: generatio fallax
Augebat ſub corde nefas: quoꝝ nocte ſilenti
Diſcipuli chriſtú raperent: & abiiſſe referrent:
Ter redeunte die: ſicut predixerat ipſe.
Quo ſtimuláte metu uigilú munimina poſcút
Plura dari: ſæuaq; locum obſidione teneri.
Si nondú poſt uincla crucis: poſt uulnera ferri.
Poſt obitum mortis: numeroſa cæde cruentum
Carnificis impleſtis opus: nec creditis illum.
Qui toties imis animas produxit ab umbris
Poſſe ſuam reuocare magis: peioriubs actos
Conſiliis armate dolos: ſignate ſepulchrum:
Ponite cuſtodes. monumento aduoluite ſaxú:
Quis poterit ſeruare deum: cui cardine rerum
Cuncta patent undis habitat per tartara regnat
Et cœli de nube tonat: quid ſæue tumultus
Fxcubiis deperdis opus? quid niteris illam
Explorate fidem: cui non uis credulus eſſe?

Chriſti reſurrectio.

Hec ſunt. Ordo eſt. hec tria ſunt munera vite noſtre. ſ. corp⁹ ſanguis τ aqua. prima Ioānis. ca. v. hic eſt qui venit per aquā τ ſanguinē. Templum deitatꝭ prima corin. iij. neſcitis q2 tēplū dei eſtis. Tenues. i. pauperes τ indignos. Capaces tāto mā ſore ideſt dignos in quibus per gratiam chriſtus inhabitet.

ERgo vbi. ꝙ chriſti corpus mandatū ē ſepulture: τ q̄d iudei fecerūt circa eius cuſtodiā timētes ne ſubriperet a diſcipu lis. ex Math. c. xxvij. Loc⁹ ille nobilis. Monumētū qḋ ioſeph vir nobilis exciderat i petra vbi ipſe mortuus ſepeliret. The ſaurū amplū. i. honorificum vel potius magnū. Nobilior. q2 maior fuit gloria ſepulchri reſur gentē reddentis quam fuiſſet re tinentis. Augebat nefas. cū potius debuerit amiſſorum peni tentiā agere. dicēte ſcʒ. Quod diſcipuli raperent xp̄m. i. raptu ri eſſent. τ referrent. ideſt dicturi eſſent. Abijſſe. ideſt ſurrexiſ ſe die tertia. Munimina. ideſt defenſores τ cuſtodes. Obſidione. More illoꝝ q̄ ar ces aut oppida obſident. Si nondum. Pendet ſenſus vſq; in locum illū peioribus aptos τc̄. Vincula crucis. quibus chriſtū cruci affixiſtis. Vulnera ferri. Clauoꝝ τ lancee. Opus carni ficis. qui ſolet damnatos plecte re. Peiorib⁹ ꝯſilijs. ſub quāʒ illum prius morti tradidiſtis. Cardine reꝝ. deeſt p̄poſitio in ex. vt ſit i cardine reꝝ aut ex car dine reꝝ: hoc eſt ex ipſius mūdi penetralibus quibus orbis ini titur. Per tartara. Iuxta illḋ pſalmographi. ſi deſcendero in infernū ades. Et celi de nube. Imitatur Lucanum in primo pharſalie. Tarpeia de nube to nans. Deperdis opus tumul tus. ideſt tumultuoſum. Excu bijs. excubando vigilans ad cu ſtodiam ſepulchri. Explorate ſ. dē. voles experiri certitudinē rei cui nō eſt fidē adhibiturus.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Q Oeperat. quo pacto ſaluator tertia die poſteaq̄ paſſus eſt reſurrexit a mortuis. ex oib⁹ euãgeliſtis. Triſtia ſabbata. ideſt. poſt dies triſtes. nã ſabbatũ aliqñ p die quocũq; accipit. vt luce. ca. xviij. ieiunio bis in ſabbato. q̄d ſi legas poſt tertia ſabbata. Culmē alti nois. i. dignitatē quippe q̄ denoiatur dñicus a dño. Mũdũ naſci. q2 tali die mũdus eſt creat⁹ in eodemq; xp̄s reſurrexit. Geneſis. q̄ liber eſt prim⁹ legis cui⁹ ca. ij. legit. cõpleuit de⁹ die ſeptimo opus ſuũ q̄ꝺ fecerat. & requieuit die ſeptimo &c.

Caput orbis. i. principiũ. Gloria regis. i. rex gloꝛificatus. Fulgoꝛe tropei. i. triumphi cũ more triũphãtiũ pre ſe ferens ſanctorum animas reſurrexit. Primatũ: vt ſit prim⁹ in ordine dierũ. Virgo parens. hoc nõ dicunt euãgeliſte. Joãnes mariã magdalene tantũ dicit veniſſe. Mathe⁹ adiũgit alterã mariã. Marc⁹ duab⁹ adiũgit tertiã. Meſſis aromatice: ad illud q̄ꝺ ſcribit marc⁹. q̄ maria magdalene & maria iacobi & ſalome emerũt aromata vt venientes vngerēt ieſum. Noctu. Joãnes cũ adhuc tenebꝛe eſſent ceteri euangeliſte diluculo mulieres veniſſe ad monumētũ ſcribũt. Plenũ v̄tute. i. miraculis. q̄ nõ poterant niſi diuina potētia fieri.

Ab aſtris. de celo vt inquit matheus: Amoti. q̄ ipſe angelus amouerat. nõ q̄ꝺ reſurgēte xp̄o fuerit reuolut⁹ vt pictores effingũt. nã quid attinet xp̄m in gloria ſua reſurgentē euoluere lapidem ſepulchꝛi. Angelus. vt Mathe⁹ & marcus dicũt vnus. vt lucas & Joãnes duo. Flãme⁹. Erat eñ vt ſcribit euãgeliſta aſpect⁹ ei⁹ ſic̄ fulgur. & veſtimētũ ſicut nix. Gemina ſpecie. ſ. terribili in cuſtodes ſepulchꝛi milites. nã pre timoꝛe eius exterriti ſunt cuſtodes. Et gaudia. diſcipulis & mulierib⁹. Cũcta diſpēſãs. i. diſtribuēs. ſ. hos deterrēs illos cõſolans. Igne minaci. i. fulgoꝛe illi⁹. Calcata moꝛte. i. ſuperata. Juxta illõ prophete. Ero moꝛs tua o moꝛs: moꝛſus tuus inferne. Statione deſerta. i. vigilia & cuſtodia. Gratis. i. nõ accepto munere. Poſtq̄ data munera. ſ. a iudeis. quia vt ſcribit euãgeliſta principes ſacerdotum grandi pecunia milites coꝛruperant: a diſcipulis xp̄m fuiſſe ſurreptũ ipſis doꝛmientib⁹. Cõpoſitus ſimulatoꝛ. i. ſubomatus & ex cõpoſito falſum teſtimoniũ pferens. Improbe cuſtos. i. falſum teſtem inuehit inſtãs cõiecturis.

Q Oeperat interea poſt triſtia ſabbata fœlix
Irradiare dies:culmen qui nominis alti
A dño dominante trahit: primuſq; uidere
Promeruit naſci mundú:& reſurgere chriſtú.
Septima nam geneſis cum dicit ſabbata: claret
Hunc orbis caput eſſe diem: quem gloria regis
Nunc etiam proprii donans fulgore tropæi
Primatum retinere dedit:hoc luminis ortu
Virgo parens:aliæq; ſimul cú munere matres
Meſſis aromaticæ noctu uenere gementes
Ad tumulú uacuúq; uident iam corpore factú
Sed plenum uirtute locú.nam miſſus ab aſtris
Angelus amoti reſidebat uertice ſaxi
Flammeus aſpectu:niueo ueſtitus amictu.
Qui gemina ſpecie terrorem ac gaudia portans
Cunctaq; diſpenſans cuſtodibus igne minaci
Venerat in formá chriſtum quærétibus albam.
Ille igitur dominum calcata uiuere morte
Angelica didicere fide:perterritus autem
Miles in ancipiti retinet diſcrimine uitam
Deſerta ſtatione fuga teſtiſq; timoris
Vera refert gratis.poſtq́ data munera fallit.
Diſcipulumq; globú placidi ſub tépore ſomni
Clam ſibi nocturna chriſtú abſtraxiſſe rapina
Compoſitus ſimulator ait. fate improbe cuſtos.

Reſponde ſcelerata cohors.ſi chriſtus ut audes
Dicere:concluſo furtim productus ab antro
Sopitos latuit:cuius iacet intus amictus
Cuius ad exuuias ſedet angelus:an ne beati
Corporis ablator uelocius eſſe putauit
Soluere contectum:quá deuectare ligatum:
Cum mota ſit furtis contraria?cautius ergo
Cum domino potuere magis ſua linthea tolli.
Mentita eſt uox uana ſibi.tamen iſta figuram
Res habet egregiá. iudæis conſtat ademptum:
Quem nos deuoto portamus pectore chriſtum.

In iudeos chriſti occiſores.

P Láge ſacerdotes pituros.pláge miniſtros
Et populú iudea tuum pro talibus auſis.
Nó tua. nó b unctus.nó iá tua uictima grata eſt.
Quæ ná bella tibi cláget tuba rege perempto:
Quis tu⁹ unctus erit: quæ uerú occideris unctú?
Victima q́ dabitur:cú uictima paſtor habetur?
Diſcedat ſynagoga ſuo fuſcata colore.
Eccleſiam chriſtus pulchro ſibi iunxit amore.
Hæc eſt conſpicuo radians in honore mariæ.
Quæ cum clarifico ſemper ſit nomine mater
Semper uirgo manet.huius ſe uiſibus aſtans
Luce palá domin⁹ prius obtulit:ut bona mater
Grandia diuulgans miracula quæ fuit olim
Aduenientis iter:hæc ſit redeuntis & index.

M Agnitus chriſtus in fractióe panis:
Ox aliis cóuiua potés in fragmine panis

Productus. ſubꝛept⁹. Antro. ſepulchꝛo. Latuit ſopitos. i. doꝛmiētes cuſtodes. Amict⁹. Linteamina & ſudariũ quib⁹ fuerat corpus inuolutũ. Ad exuuias. i. iuxta ſpolia. Anne b&c. ac ſi dicat nõ eſt veriſile: Mētita eſt. ex pſal. xxvj. Inſurrexerũt i me teſtes iniq̄: & mētita eſt iniq̄tas ſibi. Una vox. i. mēdax. Verg. j. eñ. Vani docuere parētes. Ad emptum iudeis. i. ab illoꝝ cuſtodia ſubductũ. q. d. quē illi amiſerunt nos inuenim⁹. Actuũ. xiij. Vobis opoꝛtebat p̄mũ loq̄ verbũ dei. ſed q̄ñ repellitꝭ illud: ecce cõuertimur ad gentes.

P Lange ſacerdotes. In iudeos xp̄i occiſoꝛes inuehit oñdēs q̄ta bona amiſerint: & in q̄e dãna incurrerint. Sacerdotes & miniſtros perituros. q2 iudeorũ ſacerdotiũ q̄ꝺ erat penes leuitas trãſlatũ eſt in xp̄m q̄ eſt ſacerdos ſm̄ ordinē melchiſedech ad hebꝛeos. c. vij. Pro talibus auſis. i. q̄ talia es auſa facere. & ē clauſula v̄ſus Vergiliani. ij. eñ. Tuba. qua vtebant ſacerdotes ad cõuocãdũ pplm̄ & in bello ad inuadendas pugnas. Unct⁹. Q2 ſacerdotes & reges vngebãtur. ſed vnctio illa tranſlata ē in ſanctũ ſanctoꝝ h̄ eſt in xp̄m ex prophetia danielis. ca. ix. Victima. q2 in ei⁹ locũ altera erat ſucceſſura victima. i. xp̄s p oim̄ peccatꝭ immolãda. Paſtoꝛ. q̄ Joã. c. x. dixerat. Ego ſũ paſtoꝛ bon⁹. Habet victima. i. ſacrificat. Fuſcata ſuo coloꝛe. i. denigrata nõ aduētitio ſꝫ ſuo. nã cũ eccl̄ia. in cãtiq̄ dicit. Nigra ſum ſed foꝛmoſa ſubiũrit: nolite me cõſiderare q̄ꝺ fuſca ſũ: q2 decoloꝛauit me ſol. q̄ꝺ eccl̄ia q̄ ſucceſſit ſynagoge & peculiarit̄ v̄go dei para poteſt recte de ſe dicere. Clariſſico. ideſt pꝛeclaro. Prius obtulit. hoc euangeliſte non narrant eſt tamen vero per quã ſimile. Aduenientis. cum ex ipſa carnem ſuſcepit. Redeuntis. ideſt ad ſuperos reſurgentis ab inferis.

M Ox aliis. quod ſaluatoꝛ adiunxit ſe comitem duob⁹ diſcipulis euntibus ab hieroſolymis emmauta. agnituſq; eſt ab illis in fractione panis. ex Luca. ca. xxiiij. Aliis duobus. ſcilicet illis diſcipulis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Agnitus enituit:quia uerus panis apertis
Semper adeſt oculis:fidei quos gratia claros
Efficit:ut dominū uiuentē cernere poſſint.

Apparuiſſe diſcipulis ſæpe.

Saepe dein ꝓprios diuerſi temporis hora
Diſcipulos manifeſtꝰ adit:ueſcētibꝰ illis
Ex templo nunc ora ferens.nunc piſcis obuſti
Atq; faui mandens epulas:quo rite doceret
Corporeas res eſſe dapes:ſeſeq; uideri
In mēbris quibus ante fuit.Formidine rurſus.
Plebis apoſtatice dūm quæ ſepe negaſſet.
Cum foribus clauſis reſideret turba fidelis
Pace ſalutantis ſeſe intulit:atq; foratas
Expediens palmas nudat latus.aſt tibi thomas
Cui didymus cognomen erat:cū fratribus una
Non fuerat:dubioq; fidem ſub corde gerebat.
Donec rurſus eo pariter reſidente ueniret:
Qui nunq̄ ſubtractus erat.tunc limine clauſo
Conſtitit in medio non dedignatus apertum
Diſcipulo monſtrare latus:tactuq; probari.
Vulneris:& mentem patienter ferre labantis:
Agnitus hinc potiꝰ quod ſit dubitantis amicus.
Quiſquis enī artifices cæca ſub imagine fraudes
Inſtruit:& uarias cupit exercere figuras:
Non uult agnoſci:non uult ſua facta requiri:
Vt lateant ſub nube doli.nebulaq; recludens
Omnia ſolicitos odit ſimulator amicos.

Piſcanti petro apparuit.

Uerus panis. de quo Ioā. ca. vi. pāis verꝰ qui de celo deſcēdit. Apertis oculis. nā euangeliſta dicit ꝙ aperti ſunt oculi eorū. Uiuentē. i. xp̄m de quo Luce c. xxiiij. quid q̄ritis viuentem cū mortuis.

Sepe dein. ꝙ ſaluator viſus eſt poſtea diſcipulis aliꝗs ꝑbens ſeipſum videndū eum manifeſte cum multis argumentis Ex Luca. in apoſtolica hiſtoria. Veſcentibus illis. ad illud reſpicit qd̓ Lucas ſcribit ⁊ conueſcens precepit illis a hieroſolymis ne diſcederēt quanquā in greco non conueſcens ſed cōuerſans legitur hoc eſt ſinaulizomenos. Ora ferens. i. veram faciem pre ſe ferens. Piſcis obuſti. i. aſſi ⁊ mellis. Ex luca. xxiiij. Seſeq; videri. ſubaudi doceret. Formidine rurſus. ꝙ cū fores eſſent clauſe propt̄ metum iudeorum viſus eſt ieſus diſcipulis. ex Ioāne ca. vlti. Turba fidelis. i. chriſti. Pace ſalutantis. i. dicens pax vobis ⁊c̄.

Expediēs palmas. i. expeditas oſtendens. Et latꝰ. lancea perfoſſum. Didymus. ex greco interpretatur geminus. Dubio ſub corde. dicebat enī niſi videro in manibus eius figuram clauorum: ⁊ mittam manū meā in latus eius nō credam. Nunq̄ ſubtractus erat. Ipſo xp̄o dicente. Matth. ca. vlti. Ego vobiſcū ſum omnibꝰ diebus vſq; ad conſummationē ſeculi. Probari. id eſt. in experimentū ſe prebere Mētē labāt. i. dubitationē amici titubāt. Agnitꝰ hinc. ex vulnerū cōmonſtratione. Factꝰ eſt amicꝰ. q. d. ꝙ hoc fecit vt amicū dubitantē conſeruaret Quiſq; enī. ſenſus ē. q̄ fraude quēpiam vult decipe. laborat ne in furto dephēdat. ⁊ oia ſub tenebris inuoluit. Fraudes artifices. i. artificioſas. paſſiue. Perſius. artificēq; tuo ducit ſub pollice vultū

Figuras varias. i. res fictas ⁊ nō v̄as. nā figura eſt veritatꝭ imago. Sua facta reqri. i. examinari. Sub nube. ſub tenebris vt lateāt doli. Recludēs oia. i. claudēs. cum recludere ſit potiꝰ apire v̄g. veteres tellure recludit theſauros. Simulator. i. q̄ ſimulat id qd̓ nō ē. Solicitos. i. curioſos ⁊ diligentes.

Gnarus. quō piſcante petro cum thoma ⁊ duobꝰ filiꝭ zebedei ieſus viſus eſt in littore que cum nihil cepiſſent iuſſu ſaluatoris miſit rete in dextram nauigij partē vnde facta eſt magna piſcium captura ⁊c. ex Ioā. ca. xxi. Cū ſociis. ſ. thoma. iacobo. ioanne natanaele. Gnarus. i. ſciēs nihil eſſe captū. Lina retia. ex lino. Gurgite clauſo. quippe que nihil piſciū illis dederat. Retia pendula. i. pēdētia cū extrahuntur ex mari. Predam fluctiuagā. i. piſces per mare vagātes. Noſcenda. i. que retia figurate aliqd̓ ſignificant aliud quā quod pre ſe ferunt.

Gnarus itē dn̄s petro piſcante per equor
Cū ſociis captū eſſe nihil:dimittere lina
In dextras hortatur aquas,mox gurgite clauſo
Pendula fluctiuagam traxerunt retia prædam
Per typicam noſcenda uiam.nam retia dignis
Lucida ſunt præcepta dei:quibus omnis in illa
Dextra parte manens conducit.ac ſimul ulnis
Fertur apoſtolicis domini ad ueſtigia chriſti.
Nec piſces:prunaq; uacant:& panis in uno
Diſcipulis inuēta loco.quis nā ambigat unam
His rebus cōſtare fidē?quippe eſt aqua piſcis.
Chriſtus adeſt panis.ſanctus quoq; ſpūs ignis.
Hic etenī abluimur.hic paſcimur. īde ſacramur.
Tunc epulis præceptor eos inuitat edendis
Alloquiis de more piis:menſamq; petentes
Vnanimes uota domini bonitate fruuntur.
Et xp̄m ſenſere ſuum.modicoq; paratu
Poſtq̄ uita fames:& ſurrexere relictis
Rite toris:an corde petrus ſe diligat alto.
Explorat dn̄s.petrus annuit. ergo nitentes
Paſtor amans augere greges operario in omni
Parte bono cōmendat oues cōmēdat & agnos
Hæc terno ſermone monens:ut terna negantis
Culpa recens parili numero purgata maneret.

Tradidit præcepta diſcipulis.

Inde ſequēda docēs pacē oēs inquit habete
Pacē ferte meā.pacem portate quietam.

Nā retia dignis. i. electis ſiue predeſtinatis. Lucida precepta. ex pſal. xviij. preceptū dn̄i lucidū illuminans oculos. In dextra parte manens. ad illud reſpicit qd̓ legitur Matth. cap. xx. ſtatuet oues a dextris et hedos a ſiniſtris ⁊ que ſequuntur. Nec piſces. dicit enī euāgeliſta: ꝙ cum diſcipuli deſcendiſſent in terram viderunt prunas et piſcē ſuppoſitum ⁊ panem. que oia quid ſignificent exponit. Nā piſcis eſt aqua per quā regeneramur.
Panis qui deſcēdit de celo quo paſcimur. Pruna. i. ignis ſpūs ſanctus quo ſanctificamur. De more. quo illos cōſueuerat alloqui cum inter eos erat. Bonitate dn̄i. i. largitate quaſi pfuſa. Suū chriſtum. i. quo frequenter vſi ſunt inſolitum ⁊ familiaritate. Relictis rite toris hoc eſt cū grarū actiōe. Alto corde. i. medullitus ⁊ ex animo. Explorat. i. inquirit. Petrus annuit. i. aſſentitur dicens. Tu ſcis dn̄e quia ego amo te. Paſtor amans. i. cupiens. Greges nitētes. i. pingues. nam pinguitudinem ſequitur nitor. Bono operario. id eſt petro omni ex parte bono: quippe qui plꝰ q̄ alij chriſtū amabat. Terno ſmone. i. triplici admonitiōe vt Ioānes ſcribit. vt q̄ ter negauit: ter fateretur ſe plurimū amare. terq; illi ſaluator tanq̄ fideli diſpenſatori oues ſuas cōmendaret.

Inde ſequenda. ꝙ ieſus apparuit diſcipulis dicēs. pax vobis ⁊ inſtituit illos oibꝰ in rebꝰ quas erāt facturi: baptiſantes oēs gentes in noīe pris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. ex Ioāne ⁊ ceteris in fine ſuorum euangelior. Pacē meā. Ioā. ca. xiiij. pacē relinquo vobis. pacē meā do vobis.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pacem per Populos monitis diſpergite ſanctis.
Et mundum uacuate malis:genteſq; uocate
Finibus e cunctis:latus qua tenditur orbis.
Iuſſis mando meis omneſq; in fonte lauari.

Ad cœlos aſcendit.

Haec ubi dicta pio dn̄s ſermone peregit.
Bethaniæ mox arua petit.coráq; beatis
Qui tantū meruere uiris ſpectare triumphum:
Aethereas euectus abit ſublimis in auras
Ad dextram ſubit ipſe patris:mūdūq; gubernat
Iure ſuo:qui cuncta tenens excelſaq; & ima
Tartara poſt cœlū penetrat.poſt tartara cœlum.
Illi autem læti cernentes uultibus altas
Ire ſuper nubes dominū:tractuſq; coruſcos
Veſtigiis calcare ſuis:uenerantur. adorant.
Sydereaſq; uias alacri ſub corde reportant.
Quas cunctos doceant.teſtes nam iure fideles
Diuinæ uirtutis erant:qui plura uidentes
Innumerabilium ſcripſerunt pauca bonorum.
Nam ſi cuncta ſacris uoluiſſent tradere chartis
Facta redemptoris:nec totus cingere mundus
Sufficeret denſos per tanta uolumina libros.

Sedulii Paſchale opus
explicitum.

Finis.

Eiuſdem carmen
inuitatorium.

Cantemus ſocii dn̄o cantemus honores.
Dulcis amor chriſti perſonet ore pio.

Genteſq; vocate. Mar.cap.vlti. Euntes in vniuerſum mūdum predicate euangeliū omni creature. Lauari in fonte.ideſt baptizari. Verg.in bucco.oēs in fonte lauabo.

Hec vbi dicta.q̄ poſtea q̄ ſaluator admonuit diſcipulos faciendoꝝ eduxit illos in bethaniā ꝛ bn̄dicēs illis in celū aſſumptus eſt.ex Luca.ca.xxiiij. Subit.aſcendit. Mūdūq; gubernat.ipſo dicente.Mihi data eſt omnis poteſtas in celo ꝛ in terra.Matth.ca.vlti. Poſt celū i.trās celū. quia nō cōtinet celo diuina maieſtas. Et poſt celū tartara.quia vbiq; ē per preſentiam: ꝛ inane qd̄ vltra celum cogitam⁹ implet. Vias ſydereas.i.precepta xp̄i que illis tradidit inuulganda p oīs gētes.

Teſtes.i.ipſi diſcipuli iuxta illud Luce ca.xxiiij.ꝛ actuū cap.i. Vos eritis mihi teſtes in hieruſalē ꝛc̄. Qui plura vidētes.ad illud reſpicit q̄ ſcribit Joannes in calce ſui euangelij.multa quidem ꝛ alia ſigna fecit ieſus in cōſpectu diſcipuloꝝ ſuoꝝ:que nō ſunt ſcripta in hoc libro. Bonorum.i.miraculorū. Cingere.i.cōplecti ꝛ ſic eſt finis paraphraſeon in Sedulij carmē ab Antonio nebriſſenſi grammatico editarum.

Cantemus ſocij. Sūt qui dicant hoc opuſculū non eſſe editū a ſedulio: ſed inter illius ſcripta inuentuꝫ qd̄ ſatis eſt: vt Sedulij pateretur eſſe. Nā ꝛ aliorū ſcriptoꝝ opera non alia ratiōe certis autoꝛibus accommodantur.niſi quod illoꝝ nomine pretitulata inueniuntur.Carmen eſt inuitatoriū ad diuinas laudes canēdas in quo veteris teſtamenti miracula cū noui miraculis comparat.atq; iucūdiſſima repetitione eodē emiſtichio verſum penthametrum claudit quo exametrum incipitur. Cātemus honores. ideſt laudes. Ore pio.ideſt religioſo. Perſonet xp̄o.i. in honorem xp̄i.

Primus ſuperbus.i.lucifer qui ꝑpter ſuperbiā ad inferos detrubat⁹ eſt. Primus homo.i.adā.cū tumuit.ex admonitiōe diaboli putauit ex pomi eſitatiōe ſe futuꝝ deo parē. Vni⁹ ob meritū.i.pcm̄ p̄mi hois. Miores.i.poſteri. Vni⁹ ob meritū.i.xp̄i.nā meritū ꝛ in bonū ꝛ in malū accipi pōt. Sola mulier.i.eua q̄ nos morti obnoxi⁹ fecit. Sola mulier.i.v̄go deipara:q̄ nob ad vitā iter patefecit. Frat iniqu⁹.i.cain qui abel teſtimonio ſaluatoꝛis iuſtum occidit. Frater iniqu⁹.i.iudas iſcariotes qui xp̄m prodidit. Tranſit⁹ ille.i. primi hois preuaricatio. Prima origo:ideſt homo in ſtatu innocentie creatus. Tranſitus ille.ideſt chriſti ad celos aſcenſio.quo et nos venturi ſumus. Arca leuatur.i. machina illa in mō nauis iuſſa dei a noe fabricata. Arca leuat.ideſt xp̄s qui ſumpta humanitate nos ſaluauit. Sume pater.i.o Abraā qui propterea qd̄ non dubitaſti.filium tuū Iſaac ſacrificare eſt tibi multarum gē tium ex ſemine tuo repromiſſio Geneſis capite.xxij. Sume pater populos. quos tibi fili⁹ per ſanguinis ſui redēptionē tibi reconciliauit. Hoſtia ſumma patris.ideſt Iſaac quem pater hoſtie deſtinauit.que figura erat chriſti.p nobis immolandi.

Quam chriſtus reſerauit.ideſt aperuit. Claudicat ecce vidēs. de Jacob intelligit qui poſtea quam cū angelo luctatus eſt.pede claudicauit.q: emarcuit neruus femoꝛis eius. Gen̄.cap.xxij.

Videns dn̄m.nam ſubdit vocauitq; Jacob nomen loci illius phanuel dicens. Vidi dn̄m ꝛc̄.

Heres ſcilicet repromiſſiōis primum facte abraam. Aſpera gens.ſcilicet iudeoꝝ que deum exacerbauit. Claudicat vidēs. ideſt preuaricatur ꝛ vidēs chriſtum non videt malignitate obcecata. Repulit ille famē. ſcilicet Joſeph qui venditus a iuda fratre conſentientibus reliquis fratribus in egyptum ductus atq; a pharaone rei frumētarie prefectus future fami proſpexit.ex Geneſi capi.xxxvij.

Primus ad ima ruit magna de luce ſuperbus:
Sic homo cum tumuit primus ad ima ruit.
Vnius ob meritum cuncti periere minores:
Saluantur cuncti unius ob meritum.
Sola fuit mulier:patuit qua ianua lœtho.
Et qua uita redit:ſola fuit mulier.
Frater iniquus erat:iuſtū qui perculit olim.
Damnator chriſti frater iniquus erat.
Tranſitus ille docet:qui prima amiſit origo.
Quid uentura paret:tranſitus ille docet
Arca leuatur aquis:hoīes ne perderet æquor.
Ne pereant homines:arca leuatur aquis.
Sume pater populos pro nati uulnere cunctos:
Cum ſumis chriſtum ſume pater populos.
Hoſtia ſumma patris tacitis ſignata figuris:
Quam reſerat chriſtus hoſtia ſumma patris.
Claudicat ecce uidens dn̄m:dū ꝑualet heres.
Aſpera gens chriſtum claudicat ecce uidens.
Reppulit ille famē:frater quem uendidit auro:
Venditus a iuda reppulit ille famem
Perfide corde peris:dum uaſtant omnia plagæ.
Dum ceſſant plagæ perfide corde peris:
Agnus ab hoſte ſacer conduxit ſanguine patres

Venditus a iuda.ſ. iſcariote qui vendidit chriſtum. Perfide corde peris. De pharaone intelligit qui poſt conſumpta omnia plagarum genera hebreos abeuntes inſecutus fluctibus maris obrutus eſt. Corde peris. ideſt ad illud reſpicit quod ſcriptura dicit induratū eſt coꝛ pharaonis. Perfide corde peris. De diabolo ſuperato morte chriſti poteſt intelligi vel de eodem iuda proditoꝛe qui ſe laqueo ſuſpendit. Agnus ab hoſte. De agno typico intelligit quem iuſſit deus populo iſrael aſſumeret quartadecima die primimēſis.qui ſignificabat verum agnum qui pro ſalute hominum immolatus eſt.ex Exodo capite. xij. Conduxit patres.ideſt patriarchas ex captiuitate egyptiaca.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Obruit unda. i. fluctus maris rubei. Merſit nefas. ideſt nefarios egyptios. Obruit unda nefas. i. tollit peccatū originale per baptiſma. Murmurat impietas. ideſt populus impius atq̧ deo rebellis. Māna veniente. i. cadēte de celo. Ex exodo cap. xvi. Panis xp̄s. qui dixit ego ſum panis vi-uus qui de celo deſcendi. Murmurat impietas. Obtractans facta chriſti. Plebs ſibi dura caput. de vitulo intelligit quem populus ſibi conflauit dū moſes faceret in monte moram. Exo. xxxii. Cultoris terre caput. i. vitulū animal ad arādū natū. Abſtulit caput. Chriſtū. ſ. qui olim eſt caput myſticū quem a ſe abalienauerūt.

Lex dedit iudicium. de lege veteri intelligit. que tota ad pene rigorem intendebat. Lex dedit iudicium. ſ. euangelica cuius auctor fuit chriſtus ſaluator: que cōdita eſt miſericordia. En lapis irriguus. De petra oreb ex qua erupit aqua percutiente illā moſe baculo. Lapis irriguus. i. xp̄s lapis angularis: vt inquit apoſtolꝰ qui fecit vtraq̧ vnum: ex quo erūpit aqua ſaliēs in vitā eternā. Joā. c. iiii. Carpitur igne ſacro munꝰ. i. holocauſtum qđ abſumebat igne de celo deſcēdente. Seditioſa tribꝰ. ſ. dathā abiron ⁊ q̄ murmurauerūt contra moſen. ex quoꝝ numero ducentos quinq̄ginta ignis de celo cōbuſſit. Legis heres. i. pplūs iſrael cui facta eſt repromiſſio.

Xp̄s diſpenſat. q̄ abdicato populo iſraelitico adoptatur in regnū celeſte populus gentilis.

Deſtruit arca dei. que ſepties circūducta Jerico corruit. ex Joſue. c. vi. Archa dei. i. chriſtus qui vt dictū eſt per arcā ſignificatur. Area vellus habet. ex lib. Judicū cap. vi. de vellere Gedeonis quod in area poſuit. madefactūq̧ eſt. terra circūiacēte ſiccataq̧ iterū terra madefacta ē vellere manente ſicco. qđ vtrūq̧ ſignificat fecunde virginitatē incorruptionē. Vincis honore dei. Ex lib. iudicū ca. xi. quō Jepte iudex iſrael vouit ſe ſacrificaturū qđcūq̧ ex domo ſua primū illi occurreret: ſi filios Amō debellaret. cūq̧ filia primū illi occurriſſet. illā ex voto deo immolauit.

Sanguine nos reuocat agnus ab hoſte ſacer
Obruit unda nefas pp̄lo gradiente per æquor:
Nunc mundi populis obruit unda nefas
Murmurat impietas manna ueniente refecta.
Panis adeſt chriſtus murmurat impietas
Plebs ſibi dura caput terre cultoris adoptat
Abſtulit heu chriſtum plebs ſibi dura caput
Lex dedit indicium ueteris de crimine pœnæ.
Quodq̧ ſalus ueniat lex dedit indicium.
En lapis irriguus ſatiare incredule fonte
Qui chriſtum reprobas en lapis irriguus.
Carpitur igne ſacro munus uotumq̧ priorum
Seditioſa tribus carpitur igne ſacro.
Regna beata patris legis non contigit heres
Chriſtus diſpenſat regna beata patris
Deſtruit arca dei muros dum circuit hoſtem
Sic hoſtem mundi deſtruit arca dei.
Area uellus habet madido ſed uellere ſicca eſt
Siccum tota madens area uellus habet.
Vincis honore dei promiſſo munere gentes
Effectum nate uincis honore dei.
Tu decus omne tuis qui ſternis cæde goliam.
Qui uincis mundum tu decus omne tuis.
Maxima dona dei cūcti cecinere prophetæ

Effectum nate. Lego affectū. q: filie amorē religioni poſtpoſuit. Qui ſternis cede goliā. ex p̄mo regū. ca. xvii. quo pacto dauid goliam philiſteū ſuperauit in certamine ſingulari. Tu decus omnē tuis. ex Vergilio in bucco. vſurpauit hoc emiſtichium. Qui vincis mundum. hideſt chriſtus. Maxima dona. i. beneficia hoi cōferenda reſtituēdo illū priſtino ſtatui: qđ p̄phete predixerūt: xp̄s impleuit.

Pondera dura tulit. ideſt attulit lex moſis. Et irā. nam precipiebat ſeuiendum eſſe inſontes: ſed gratia hoc eſt euangeliū. Tulit. ideſt abſtulit pondera dura. xp̄o dicente iugū meū ſuaue eſt ⁊ onus meū leue. Filius hic hominis. i. puer ex virgine natus. Fit queſtio mundi. ſ. alius de illo aliud ſentiente appellando fabri filium. cum peccatoribus conſuetudinē habentē. Nobiſcū deus eſt. Ad illud reſpicit quod ſcribitur Eſaie. cap. vii. Vocabitur nomen eius emanuel: quod interpretatur nobiſcū deus.

Implevit chriſtus maximo dona dei.
Pondera dura tulit mandatum legis & iram
Gratia mandati tempora dura tulit
Virgo maria nitet nullo temerata pudore
Poſt partum pueri uirgo maria nitet
Filius hic hominis fit maxima quæſtio mundi
Nobiſcum deus eſt filius hic hominis.
Gaudia magna dei mundus percepit & ambit
Reſpuit heu mundus gaudia magna dei
Signa mouent populos cernūt magnalia cæci.
Nulla tamen duros ſigna mouent populos
Aſpa mors populis ligno deducta cucurrit
Aufertur ligno aſpera mors populis.
Ipſe tulit dn̄s pro pœnis munera ſeruis
Pro ſeruis pœnas ipſe tulit dominus.
Vita beata necem miſeris auertere uenit.
Depulit a miſeris uita beata necem.
Lumen adeſſe dei perſenſit tartarus ingens
Nec cernuut homines lumen adeſſe dei.
Mors fera per hoīem miſerū ſibi ſubdidit orbē.
Subdita cōgemuit mors fera per hominem.
Suſcitat ecce genus morti pater ille profanus:
Ad uitam chriſtus ſuſcitat ecce genus.
Hic populus dominū dura ceruice negauit.
Suſcepit primus hic populus dominum.
Sanguine læta redit fuſo gens impia xp̄i:
Guſtato chriſti ſanguine læta redit.

Mundus percepit ⁊ ambit. ideſt continet. Ex Joanne capi. primo In mundo erat ⁊ mundꝰ eum non cognouit. Signa mouent populos. ideſt gentiles qui miraculis permoti crediderunt. Duros populos. ideſt iudeos dure ceruicis ⁊ rebelles. Mors ligno deducta. id eſt ex eo quod adam de fructu ligni quod erat in medio paradiſi comedit. Aufertur ligno. ideſt cruce atq̧ chriſti paſſione.

Ipſe tulit dominus. Pro contulit munera ſeruis pro penis quas ab illis paſſus eſt.

Ipſe tulit dominus penas. ideſt pertulit pro ſeruorum redēptione. Vita beata. ideſt chriſtus qui huiuſmodi vitam hominibus attulit. Auertere necem. ideſt prohibere mortē que vt dicit Apoſtolus ſtipendium peccati eſt. Lumen dei. iuxta illud Eſaie capite. ix. Habitātibus in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Lumen dei. Juxta illud Joannis capite primo. Et vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebris lucet. Per hominem. ideſt per primum parentem. ſcilicet per Adam ⁊ euā.

Per hominem. ideſt per chriſtum qui mortem moriendo deſtruxit: ⁊ vitam reſurgendo reparauit. Pater ille profanꝰ. ideſt diabolus. Suſcitat genus. ſubaudi humanū adigendo ad mortē. Dura ceruice. de iudeis dure ceruicis pp̄lo loquit.

Hic populus ſcilicet gentilis. Gens impia iudeorum. ſ. q̄ xp̄s morti tradidere. Sanguine leta redit. ſubaudi gens xp̄ianorū refecta ſanguine eucariſtie.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Autor: terrenus. ideſt adam ex terra formatus qui mortē intulit mundo. Chriſtus. ſ. ſecund⁹ adam. i. homo. Facinus deuinxerat. i. peccatū adā qđ illum ex libero fecit ſeruum. Chriſtus reficit. i. reſtituit ex ſeruitute libertatem. Fortia vincla. quibus homines per peccatū quaſi compedibus ſunt impliciti.
Fortia vincla. Quibus arctiſſime per charitatem chriſto copulamur. Celum terramq; ſubegit. Matthei capite vltimo. mihi data eſt omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. Pellitur vmbra die. ideſt figurata in lege veteri: reſerantur in lege euangelica.
Adit gentes. de vocatione gētium ⁊ abdicatione iudeorū plenum eſt teſtamentum vetus.
Te properare docent. ideſt prophete ſignificabant chriſtū breui naſciturum ex virgine. Sacraq; gerimus. ideſt lex euangelica q̄ ſignificat breui futuri diē iudicij. Vota priorū. ideſt deſideratus a ſanctis patribus.
Unicus. ideſt dei filius. Cōpleuit munera legis. Ip̄o xp̄o atteſtante in paſſione conſummatum eſt. Spes priorum. ideſt prophetarum. Spes cum fine. ideſt quem finem nos ſperamus. Munus fidei. ideſt merces ⁊ premiū. Qui dedit ideſt per gratiam fecit. Concidit mūdus. ideſt hoim vicia: nā in hac ſignificatiōe plerumq; in ſacris litteris accipitur. Totis gentibus: quia peculiariter apō gentiles gratia manet. Sola columba. ideſt chriſtiana ſimplicitas: ⁊ alludit ad illō quod ſcribitur in Geneſi capite. viij. De coruo ⁊ colūba. Iuuena. Dat veniam coruis vexat cenſura colūbas. que ſequuntur patent.

Crimina cūcta ſuis terrenus contulit autor:
Diſſoluit chriſtus crimina cūcta ſuis.
Libera corda ſibi facinus deuinxerat olim:
Nunc reficit chriſtus libera corda ſibi.
Fortia uincla dedit peccati ſæua poteſtas:
Dulcis amor chriſti fortia uincla dedit.
Iam ſuper aſtra ſedet: cuncta exultare fideles.
Perfide quid ſæuis: iam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat. cœlum terramq; ſubegit.
Quid faciant hoſtes? mortuus ille tonat.
Pellitur umbra die xp̄i ueniente figura.
Chriſtus ædit gentes pellitur umbra die.
Te properare docent & ſigna & ſæcula prima:
Nos ſacra que gerimus te properare docent.
Vnicus adueniens firmauit uota priorum:
Vota dedit nobis unicus adueniens.
Paſſio chriſte tua compleuit munera legis:
Munera noſtra replet. paſſio xp̄e tua:
Hic homo qui deus eſt ſpes eſt antiqua priorū:
Spes cum fine piis hic homo qui deus eſt.
Munus erit fidei toto credentibus æuo:
Quid dedit ut credant munus erit fidei.
Te ueniente deus mundamus concidit error:
Concidit hic mundus te ueniente deus.
Gratia plena dei eſt: quæ totis gentibus extat
Abſcendant ſectæ: gratia plena dei eſt.
Sola columba redit: quæ totum circuit orbem:
Diſcedant corui ſola columba redit.
Adueniet dn̄s dare digna piis: mala prauis.
Credite iam miſeri: adueniet dominus.

Viſio chriſte tui tormentum & pœna malorum eſt:
Gloria cuncta bonis uiſio chriſte tui.
Gloria magna pater: ſemper tibi gloria nate.
Spiritui & nato gloria magna patri.

Sedulii epigramma.

C. Sedulii preſbyteri hymnus de chriſto ſuccincte ab incarnatione uſq; ad Aſcenſionem.

A Solis ortus cardine
ad uſq; terre limitem
chriſtum canamus principem
natum maria uirgine.
Beatus autor ſeculi
Seruile corpus induit:
ut carne carnem liberans
ne perderet quos condidit.
Caſte parentis uiſcera
celeſtis intrat gratia.
uenter puelle baiulat
ſecreta que non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit dei.
intacta neſciens uirum
uerbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera
quem gabriel predixerat
quem matris aluo geſtiens
clauſus ioannes ſenſerat.
Fœno iacere pertulit.
præſepe non abhorruit
paruo quæ lacte paſtus eſt:
per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus cœleſtium
& angeli canunt deo.
palamq; fit paſtoribus
paſtor creator omnium.

A Solis ortus. Hymnus hic a Sedulio compoſitus eſt. conſtatq; dimetro iambico. digeſtuſq; eſt g̃tria ⁊ viginti tetraſtica: que incipiuntur ſecundum ordinem alphabetariū. in quo luſerunt plerūq; inſtrumenti veteris autores. nam ⁊ dauid pſalmum centeſimum decimum octauum ⁊ Salomon calcem prouerbiorum ⁊ Hieremias trenos hac ſerie compoſuit. Aduertendum tamen ⁊ ſi autor ſua inuētione delectatus. k litteram ſuo in loco ponat. dicens Katerua matrum perſonat. non ſic debere ſcribi. ſed per c. litteram. Quintilianus namq; libro primo eos reprehendit qui dicebāt cum ſequeretur a. vocalis. lo. c. k. debere ſcribi. vt kartago. kaput. ⁊ quod hoc in loco Sedulius ſcribit caterua: ⁊ ſubdit cauſam cum c. littera ſit que in loco k. ſucceſſerit. Preterea quod ſcribit hymnus ſine aſpiratione in principio. cū omnis dictio ab y pſilo incipiens aſpiretur. Sunt autē omnia manifeſta: niſi quis dubitet: quid ſit xeromyrrha. nam cum ſit duplex myrrhe genus altera facta. ideſt ſtillaticia ⁊ altera ficticia. erit xeromyrrha. i. ſicca myrrha erit optimor. que ex ligno myrrhe elicitur eo modo quo xylobalſamum.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Hoſtis herodes impie
xp̃m uenire quid times?
non arripit mortalia.
qui regna dat cœleſtia.
Ibant magi quam uiderant
Stellam ſequentes præuiam.
lumen requirunt lumine.
deum fatentur munere.
Katerua matrum perſonat
conliſa deflens pignora.
quorum tyrannus millia
chriſto ſacrauit uictimam.
Lauacra puri gurgitis
cœleſtis agnus attigit.
peccata quæ non detulit
nos abluendo ſuſtulit.
Miraculis dedit fidem
habere ſe deum patrem.
infirma ſanans corpora.
reſuſcitans cadauera.
Nouum genus potentiæ.
aquæ rubeſcunt hydriæ.
uinum que iuſſa fundere
mutauit unda originem
Orat ſalutem ſeruulo
flexus genu centurio
credentis ardor plurimus
Extinxit ignes febrium.
Petrus per undas ambulat
chriſti leuatus dextera.
natura quam negauerat
fides parauit ſemitam.
Quarta die iam fœtidus
uitam recepit lazarus
cunctis quæ liber uinculis
factus ſuperſtes eſt ſibi.
Riuor cruoris horridi
contacta ueſtis obſtruit
fletu rigantis ſupplicis
arent fluenta ſanguinis.
Solutus omni corpore
iuſſus repente ſurgere
ſuis uiciſſim greſſibus
ager uehebat lectulum
Tunc ille iudas carnifex
auſus magiſtrum tradere
pacem ferebat oſculo
quam non habebat pectore:
Verax datur fallacibus
pium flagellat impius.
cruci que fixus innocens
coniungitur latronibus.
Xerromyrrham poſt ſabbatum
quædam uehebant corpori
quas allocutus angelus.
uiuum ſepulchro non tegi
ymnis uenite dulcibus
omnes canamus ſubditum
chriſti triumpho tartarum:
qui nos redemit uenditus.

Zelum draconis inuidi
Et os leonis peſſimi
calcauit unicus dei
ſe ſe quæ cœlis redidit.

Sedulii paſchale cum reliquis opuſculis quæ extant carmine conſcripta finiũtur. Explicita Ceſarauguſtæ induſtria & impenſis Georgii Coci. vi. nonas ſeptembres Anno ſalutis chriſtiane. M.d. xv. poſt primá impreſſioné: quá caſtigauit punxit. diſpunxit: interpunxitq; Antonius Nebriſſeñ. adiecitq; paraphraſin in locis obſcuriores.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

b17239710

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES